Eiuſdē reuerēdiſſimi pr̄is: dn̄i Hugonis Cardinalis: prologi ſancti Hieronymi in librum Eccleſiaſten: Expoſitio

Memini me hoc ferme quinquennio ꝛc. Hieronym⁹ huic libro pręponit proœmiū: qui de hebręo in latinū trāſtulit librū iſtū: in quo ꝓemio oſ̄dit cui⁹ rogatu hoc op⁹ icępit: ꝛ rogatu cui⁹ cōſūmauerit: Nā rogatu bleſillę icępit: cui⁹ rogatu etiam cōmentum facere incepit: vt ſine p̄ſentia hieronymi poſſet ītelligere totum librū iſtū: ſed anteq̄ȝ hieronym⁹ ꝯſūmaſſet / mortua ē bleſilla: propter qd̄ hieronym⁹ per q̄nquēnium opus reliq̄t impfectū: poſtea ſ̄o rogatu paulę ꝛ euſtochij op⁹ ſuū ꝯſūmauit in bethleē qd̄ romę icęperat. In fine prologi oſtēdit ꝙ in trāſlatiōe huius libri nulli⁹ intꝑretis auctatē ſecut⁹ eſt: tn̄ in his quę nō multum diſcrepāt ab hebraica veritate / tranſlationi ſeptuagita interpretū ſe coaptauit: interdū aquilaȝ / q̄nq̄ȝ ſymmachū / aliq̄n theodotionē ſecutus eſt. Et hoc fecit ne nouitate nimia lectoris ſtudiū deterreret. Et iterum ne ꝯtra ꝯſcientiā ſuam ageret: ſi omiſſo fonte hebraicę veritatis / opinionum riuulos ſectaretur. Dicit ergo Hiero⁹. a Memini me hoc ferme: id eſt fere / b Quinquennio cum adhuc romę eſſem ꝛ eccleſiaſten ſanctę bleſillę / datiui caſus / c Legerē: vt eam ad cōtemptū hui⁹ mūdi prouocarē: ꝛ omne qd̄ in mūdo cerneret / oculis corporis: d Putaret eſſe pro nihilo. i. vanū ꝛ vacuum. Omnis eni creatura vanitati ſubiecta ē: Roma. viij. d. Itē Gen̄. j. a. Terra erat inanis et vacua. e Rogatū ab ea memini me inq̄ȝ: f Et in morē cōmētarioli. i. cōmenti plani ꝛ facil̄: g Obſcura quęq̄ȝ / hui⁹ libri: h Diſſererē / explanādo. i Et abſq̄ȝ me. i. me abſēte: k Poſſet intelligere quę legebat / in h̄ libro. l Itaq̄ȝ q̄m in procinctu noſtri opis. i. ante ꝯſūmationē. m Subita morte. i. inopinata ꝛ nimis feſtina ꝑuenta eſt. ſ. bleſilla. n Et non meruimus. i. nō fuim⁹ digni ego et vos: o O paula ꝛ euſtochiū talem vitę nr̄ę habere cōſortē. i. in bethleem. Hęc paula fuit quędam matrona / duas habēs filias: Sanctis aūt epiſcopis quodā tempe ꝯuenictibus romę: epiphani⁹ trāſmarin⁹ hoſpitat⁹ eſt in domo eius: q̄ religionē et ꝑuilegia t̄rę ſanctę multū cōmēdauit: et quō ibi chriſtus morat⁹ eſt et p̄dicauit: et quō apl̄i ibi fuerūt: ꝛ multa talia dixit corā paula ꝛ filiab⁹ eius: vnde ꝛ paula alterā filiaꝝ ſuarū tradidit nuptui: reliquā autē. ſ. euſtochiū ſecum duxit hieruſalē: ꝛ de ꝓprio ſumptu paula in bethleem cōſtruxit cęnobiū monialiū: vbi ipſa cū filia ſua euſtochio ſub regula vixit. Ad quarū rogatū hieronym⁹ bethleemites multa ſcripſit: et hoc op⁹ qd̄ romę ad petitionē bleſillę inchoauerat / ad earū p̄ces in bethleē ꝯſūmauit. p Tantoq̄ȝ vulnere. ſ. morte bleſillę: q Tūc ꝑcuſſ⁹ obmutui. i. ab ope illo ceſſaui. r Et nūc i bethleē poſit⁹ / anguſtiore videlicȝ ciuitate / q̄ȝ roma. s Et illi⁹. i. bleſillę: t Memorię et vobis reddo qd̄ deb eo. ſ. operis incepti ꝯſūmationem. v Hoc breuiter admonens. i. admonēdo inſinuans. x Qꝛ nulli⁹ / interꝑtis: y Auctoritatē ſecut⁹ ſum / i hoc ope faciendo. z Sed de hebręo trāſferēs / in latinū immediate. a Maxime ſeptuaginta interpretū cōſuetudini. i. trāſlationi vſitatę ꝛ publicatę: b Me coaptaui / ſequēdo eoſ. c In his dūtaxat quę nō multū ab hebraicis / litteris: diſcrepabāt d Interdum aq̄lę q̄ȝ: id eſt editiōis aquilę. e Et ſymmachi: id eſt editiōis ei⁹. f Et theodotiōis: id editionis eius: g Recordat⁹ ſum / i hoc opere: h Ut nec nouitate nimia lectoris ſtudium deterrerē: ſi oino diſcreparē ab illis: et ideo in parte ſecutus ſuȝ eos. i Nec rurſum cōtra conſcientiā meā fonte veritatis omiſſo: id eſt hebraica veritate: k Opinionū riuulos conſectarer: et ideo nulli⁹ auctoritatē ſecutus ſuȝ: ſed imediate tranſtuli de hebręo.

Finis

Al. ꝟmagis

Incipit ꝓlog⁹ ſcti Hieronymi in libꝝ Eccleſiaſten.

a Memini mē hoc fer b me q̄nq̄uennio cum adhuc romę eſſem ꝛ c eccleſiaſten ſanctę bleſillę lēgerem: vt eam ad contēptū huius mundi prouocarem: d et omne qd̄ in mūdo cerne e ret pūtaret eſſe ꝓ nihilo: f rōgatū ab ea / vt in mōrem cō g mētarioli ōbſcura quęq̄ȝ diſ h ſērerē: vt ābſq̄ȝ me pōſſet in i k tellīgere quę legebat. l Itāq̄ȝ qm̄ in procinctu noſtri ope m riſ ſūbita morte ſubtracta ē: n o ēt non meruimus ō paula et euſtochiū talem vitę noſtrę p habere cōſortē: tāntoq̄ȝ q vulnere tunc pērcuſſus ob r mutui: et nūnc in bethleē poſitus / anguſtiore videlicet ci s t uitate ēt illius memōrię ꝛ vo v bis reddo quod debeo: hōc x breuiter admonens ꝙ nūlli y us āuctoritatē ſecutus ſum: z ſēd de hebręo transferens: a ꝟmāxime ſeptuaginta iterꝑ b tū ꝯſuetudini mē coaptaui: c in his dūtārat quę nō multum ab hebraicis diſcrepa d bāt. Intērdū aquilę quoq̄ȝ e f ēt ſymmachi ēt theodotiōis g h rēcordatus ſuȝ: vt nēc nouitate nimia lectoris ſtudiū de i terrerem: nēc rurſum contra ꝯſcientiā meam fonte verita k omiſſo: ōpinionum riuulos conſectarer.

Explicit prologus ſancti Hieronymi. Incipit liber Eccleſiaſtes: Capi. I

l Verba eccleſiaſtes / m n filij dāuid rē gis hieruſalem. o Vānitas

A

J. 12. c. De pe. diſ. 2. c. ſi.

Reuerēdiſſimi in chriſto pr̄is ꝛ dn̄i: dn̄i Hugonis de ſancto charo ſacroſanctę eccleſię romanę Tituli ſanctę Sabinę Cardinalis primi de ordine diui dn̄ici: Poſtilla ſup librum Eccleſiaſten incipit. Expoſitio Capituli I

l Verba eccleſiaſtes: id eſt ꝯcionatoris. m Filij dauid: In h̄ notat̄ pr̄ina dignitas. n Regis hieruſalē: quę erat caput regni. Et in hoc notat̄ ꝓpria auctoritas: hęc ſūt q̄ ſequunt̄. Myſtice. Salomon / eccleſiaſtes / idida: chriſt⁹ eſt: q̄ recte ſalomon. i. pacific⁹ dicit̄: qꝛ pacē fecit inter deū ꝛ hoiem: Unde dict⁹ eſt mediator dei ꝛ hominū. j. Timoth. ij. b. Et inter hoiem ꝛ angelū: et inde ꝓprie dict⁹ eſt pacific⁹: et int̄ hoiem ꝛ hoieȝ: ꝛ inde dict⁹ ē lapis angularis. Un̄ Eph. ij. c. Ipſe ē pax nr̄a q̄ fecit vtraq̄ȝ vnū: dicēs: Pacē meā do vob: pacē meā relinq̄ vob: Joh. xiiij. d. De q̄ dixit pr̄: Hic ē fili⁹ me⁹ dilect⁹: in q̄ mihi bn̄ cōplacui / ipſuȝ audite: Matth. iij. d. et. xvij. a. Hic ad l̄ram fili⁹ dauid fuit ſ̄m carnē. Un̄ pueri clamauerūt: Oſanna filio dauid: Mat. xxj. b. Luc. xix. f. o Vanitas vanitatū ꝛc. Scd̄m vnā expoſitionē philoſophat̄ generalit̄ ſalomon de oib⁹ q̄ ſub ſole fiūt: q̄ q̄dāmodo ſole regi vident̄: qꝛ curſū ꝛ motū ei⁹ ſequēt̄: vſq̄ȝ ad locū illū: Ego eccleſiaſtes ꝛc. Scd̄m aliā expoſitionē oia iſta ꝟba ſūt cōcionis. i. in ꝯcione loquētiū: qd̄ inuit̄ ꝑ hoc ꝙ dr̄: Dixit eccleſiaſtes. i. ſalomon ꝑ modū ꝯcionātis: nō ꝑ modū ꝓphetāt̄ aut philoſophāt̄: Utroq̄ȝ aūt mō verū eſt qd̄ hic dr̄. Ad cui⁹ noticiā pręnotādū eſt quid ē vanitas: ꝛ q̄t modis dicat̄ vanū. Vanitas ē qd̄ nec plenitudinē ꝯfert cōtinenti nec fulcimentū

Myſtice

tinenti: nec fulcimentũ innitenti: nec fructũ laboranti. Duo/
bus autem modis dicit creatura vana: ſcilicet eſſendo ⁊ trãſ/
eundo. In eſſendo: quia ex nihilo eſt. In tranſeundo: quia in
nihilum vadit: q̃ntum ē in ſe: ſicut dicit Aug⁹. Item in eſſen/
do: quia non habet eſſe a ſe. In tranſeundo: quia non poteſt
ſtare per ſe. Unde va/
num dicitur quaſi ex
nihilo veniens vel ad
nihilũ vadẽs. Et hec
duplex vanitas crea/
ture innuit Geñ. j.a.

a b vanitatũ dixit ecclesiaſtes: c Vanitas vanitatũ ⁊ oĩa va- d e f g nitas. Quid hȝ ampli⁹ hõ de vniuerſo labore ſuo quo

vbi dicitur: Terra autem erat inanis ⁊ vacua. Sed opponit
Hiero⁹: Si cuncta que fecit deus valde bona ſunt: quomo/
do omnia vanitas: imo etiam vanitas vanitatũ: id eſt valde
vana: Et reſpondet dicens: q̄ omnia per ſe conſiderata bo/
na ſũt: ſed deo comparata q̃ſi nihil ſunt: ſicut lucerna in ſe lu/
cet: ſed cõparatione ſolis non apparet lumen eius. Eſa. xl. d.
Omnes gentes q̃ſi non ſint ſic ſunt corã eo: ⁊ quaſi nihilũ et
ĩane reputate ſũt ei. Hoc viſo accedam⁹ ad lr̃az: q̄ m̃tiplicit
exponitur ⁊ a magiſtris ⁊ a ſctis. a Vanitas vanitatũ:
id eſt vanitas ↄtẽptiua vanitatũ / ſupple eſt mund⁹. Uel va/
nitas vanitatum: id eſt vanitas ex vanitatib⁹ collecta: ſi/
cut vniuerſalis ꝓpoſitio ex ſingularib⁹. b Dixit eccleſia
ſtes: id eſt concionator qui omnia diligenter conſiderauit.
Et loquit ſalomon ĩ tertia pſona q̃ſi de alio / cauſa humilita/
tis: Sic balaã de ſe quaſi de alio dixit / Nũeri. xxiiij. a. Ho/
mo cuius obturatus eſt oculus dixit auditor ſermonũ dei: q̄
viſiones oĩpotẽtis intuitus eſt. Similit Johãnes. xxi. g. di/
xit: Hic eſt diſcipulus ille quem diligebat ieſus: qui teſtimo/
nium perhibuit de his ⁊ ſcripſit hec: et ſcimus quia verũ eſt
teſtimoniũ ei⁹. Uel ſic lege. Oĩa ſũt vanitas. i. vana / em/
phatice. Et nõ ſolũ vanitas: ſ vanitas vanitatũ. i. vaniſ/
ſima: q2 in ſe vana ⁊ vacua ſunt: quia non habent eſſe a ſe / ſed
aliũde ⁊ in cõparatiõe creatoris: cuius eſt eſſe a ſe ⁊ incõmu/
tabile. Dixit eccl'iaſtes: nõ ph̃s / non ꝓpheta: ſed concio/
nator: qui cauſis ⁊ rationib⁹ ſingulorꝫ diligenter inſcripti / ve/
ram tñ de oĩb⁹ ſentẽtiã tulit. c Vanitas vanitatum.
Repetitio / cõfirmatio ē: Sicut dixit ioſeph pharaoni / Geñ.
xlj. d. Qḋ autẽ vidiſti ſcḋo / ad eandem rem pertinẽs ſomni/
um / firmitatis eſt indicium: eo q̄ fiat ſermo dei. Uel duplex
vanitas innuitur in repetitione. ſ. vanitas quaȝ habent crea/
ture in ſe qua euaneſcũt: ⁊ vanitas quã habent in cõparatio/
Triplex vanitas hominis — ne creatoris. Tertio exponitur de homine: qui triplici vani/
tati ſubiectus eſt. Nam vanus eſt in cogitatione. Uñ Ps̃.
Ps̃. 93. — Dñs ſcit cogitationes hoĩm qm̃ vane ſũt. Uanus eſt in lo/
Ps̃. 11. — cutione. Unde Ps̃. Uana locuti ſunt vnuſq̃ſq3 ad proximũ
ſuum. Uanus eſt in opere: quia in texendo telas aranearum
ſe totum euiſcerat. Eſa. lix. a. Confidunt in nihili et loquunt
vanitates / conceperũt laborem ⁊ pepererũt iniq̃tatem: oua
aſpidũ ruperũt ⁊ telas aranee texuerũt. Huic triplici vanitati
Ps̃. 38. — intuens ꝓpheta hominem ſubiectum ait: Ueruntñ vniuerſa
Triplex ſtat⁹ hominis — vanitas oĩs homo viuẽs. Fuit autem triplex ſtatus homi/
nis / qui tangitur hic: ſcilicꝫ ſtatus innocẽtie / ſtatus culpe / ſta
tus pene. In primo ſtatu fuit homo vanitas. In ſecundo va
nitas vanitatum. In tertio fuit om̃ia vanitas. Et pro illo ſta
tu dicitur Ro. viij. d. Uanitati ſubiecta eſt creatura non vo/
lens. i. homo qui participat cũ omni creatura: vt dic̃ Greg⁹.
Eſſe cum lapidibus: viuere cum arboribus: ſentire cum ani/
malibus: intelligere cum angelicis ſpiritib⁹. Aliqui ſic expo/
nunt. a Vanitas vanitatum: id eſt creaturarũ vanarũ
eſt homo per curioſitatẽ nimie inq̃ſitionis: quo ad vim ra/
tionabilẽ. Item homo eſt vanitas vanitatũ. i. vanarũ crea/
turarꝫ per cupiditatẽ amoris earum: q̄ ad vim cõcupiſcibilẽ.
Et om̃ia vanitas per ſupbiã vane laudis: quo ad vim iraſci/
bilẽ: ad quã ſpecialiter pertinet vanitas ſupbie. Unde Job.
xj. c. Uir vanus in ſupbiaȝ erigit. Aug⁹ in lib. de morib⁹ ec/
cleſie / ponit aliam litterã: quã dicit eſſe emẽdatiorẽ / ⁊ grecos
codices illam habere. Eſt autem littera talis. Uanitantiũ
dixit eccl'iaſtes: vanitas vanitatũ et oĩa vanitas.
Triplex labor hominis — Et tangit hic triplex labor hoĩs vanus ⁊ vacuus. Prim⁹ eſt

labor curioſe inq̃ſitionis de creaturis ad cognoſcendũ. Hic
labor vanus eſt. Unde Eccĩ. iij. c. In plurib⁹ operib⁹ dei nõ
eris curioſus: plurima enĩ ſuper ſenſum hominũ oſtenſa ſũt
tibi: Multos enĩ ſupplãtauit ſuſpicio eorũ: ⁊ ĩ vanitate deti/
nuit ſenſus illorꝫ. Secũdus eſt labor acq̃ſitionis ad haben/
dũ: et hic van⁹ ē. Uñ
Ps̃. Filij hoĩm vſq3 — Ps̃. 4.
q̄ graui corde: vt q̄d — j. 5. b.
diligitis vanitatẽ ⁊c̃.
Terti⁹ eſt labor emi/
nentie ⁊ dñationis: et
hic eſt oĩa. i. oĩno vanitas. Primus eſt circa ſciẽtias que ali/
quid ſunt. Unde Eccĩ. j. a. Oĩs ſapiẽtia a dño deo eſt. Secũ
dus eſt circa diuitias ⁊ delitias: que ſimilit aliq̄d ſunt: ad mi/
nus ſm̃ opinionẽ multorꝫ / vel bene vtentiũ eis. Tertius la/
bor eſt circa honores ⁊ laudes hominũ: que oĩno nihil ſũt: ⁊
ideo q̄ ad illũ dr̃: Et oĩa vanitas. Scḋm h̄ triplex vanitas nõ
rebus ſed hoĩbus male vtentib⁹ eis attribuit / quibus oĩa va/
na ſunt: iuſtis ꝟo / rebus bñ vtentib⁹ nulla vana ſũt: q2 vtun/
tur rebus ad id ad qḋ ſunt. i. inquantũ via ſũt ad deum cog/
noſcendũ ⁊ amandũ ⁊ honorandũ: et ſic in eis optime delec/
tantur. Unde Ps̃. Delectaſti me dñe in factura tua. Stulti — Ps̃. 91.
ꝟo rebus creatis vtunt in ſe: non inquantũ via ſunt ad deũ:
qḋ ē creatura frui. Unde Sap̃. ij. b. Uenite ⁊ fruamur bonis
que ſunt. De his dicit Aug⁹. Ue illis qui diligũt nutus tuos
pro te. Sic ḡ vanitas nõ in reb⁹ eſt / ſed in male vtentib⁹ eis.
Uñ Aug⁹ in li. de vera religiõe. Tolle vanitates ⁊ nl̃la erũt
vana: quippe pleni ſũt celi ⁊ terra gloria dei. De hac triplici
vanitate premiſit eccleſiaſtes: vt reuocaret homĩes ab amo
re tempaliũ / ⁊ prouocaret ad ↄtemptũ eorum: Hec eſt enim
intentio eius. q. d. O vos homines propter quos facta ſunt
oĩa ⁊ ſbiecta ſub pedib⁹ veſtris: nolite laborare vt impleami/
ni ex eis que non ↄferũt plenitudinẽ cõtinenti: q2 auarus nõ
implebit pecunia. j. v. b. Itẽ nolite ↄfidere in his vel inniti q̄
caduca ſũt ⁊ fulcimentũ nõ ↄferũt innitẽti: Nã cũ illis caden/
tib⁹ neceſſario cadit innitẽs. Prouer. xj. d. Qui ↄfidit in di/
uitijs ſuis corruet. Itẽ nolite querere fructũ in trãſitorijs: q̄
oĩno nullum fructũ cõferũt diligẽti. Unde. j. v. b. Qui amat
diuitias fructũ nõ capiet ex eis. Et h̄ ē qḋ dic̃: c Uanitas
vanitatũ ⁊ oĩa vanitas: q2 cito deficiũt ⁊ euaneſcũt vt
fum⁹. Uñ ſymmach⁹ ⁊ theodotio dixerũt ꝓ vanitas vanita/
tũ: Uapor fumi ⁊ aura tenuis q̄ cito ſoluũt. Seq̄t. d Quid
habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo quo
laborat ſub ſole: id eſt pro terrenis q̄ ſub ſole ſunt: ſupple
niſi vanitatẽ: Et ↄcordat hec lr̃a / littere Aug̃. quã poſuim⁹.
q. d. vere triplex labor hoĩs vanitas eſt: q2 / q̄d habet am/
pli⁹ hõ de vniuerſo labore ſuo q̄ laborat ſub ſole /
niſi vanitatẽ triplicem. ſ. curioſitatis / cupiditatis / ambitiõis
et vane laudis: In hoc enĩ q̄ dicit / de vniuerſo labore /
triplicẽ laborẽ p̄dictũ oſtendit. Uniuerſitas enĩ in paucioꝛi/
bus q̃3 in tribus non poteſt ↄſiſtere: et vniuerſitas humano/
rũ laborꝫ circa tria tm̃ que dixim⁹ verſat / propt tres vires ani
me: quarum finis neceſſario labore aliq̄ humano querit. Qz
aũt dicit / ſub ſole: iuxta litterã innuit q̄ labores ⁊ mor⁹ hu/
mani q̄dãmodo regulant et mẽſurant a ſole: nõ vt duce ſꝫ vt
luce. Uel põt iſte ꝟſus ſecũdus eſſe verbum in ↄcione / nõ iu/
dicis vel ſentẽtiã dantis: ſed vox eſt impfectorꝫ ſic dicẽtiũ in
ↄcione / nõ ſpectãs ad priorẽ: ſub h̄ ſenſu: d Quid hȝ am/
pli⁹ hõ de vniuerſo labore ſuo q̄ laborat ſub ſole
ſupple q̃3 laborẽ / vel vltra laborẽ: q. d. nihil. Et ē vox ſtultorꝫ
vel maxime impfectorꝫ: q̄rũ pſona aſſumit ĩ ſe ſalomon vt tã/
dẽ ſententiã ferat. Moralit. d Quid habet ãplius: — Moraliter
id eſt reſiduũ: e Homo / terren⁹: f De vniuerſo la/
bore ſuo / ꝓprio: nõ cõi deo ⁊ ꝓximo: g Quo laborat
ſub ſole / iuſticie vl' materiali. i. circa terrã. i. ꝓ terra. q. d. ni/
hil. Et iõ vanitas ē oĩs huius labor q̄ q̄rit ſcia inflatiua: quo
ↄgregãt diuitie pereũtes: q̄ ambiũt honores caduci: Quib⁹
ſubito dr̃ / Luc̃. xij. c. Stulte hac nocte aĩam tuã repetẽt a te
q̄ aũt ↄgregaſti cui⁹ erũt: Job. xxvij. d. Diues cũ dormierit
nihil ſecũ auferet. j. Timoth. vj. b. Nihil itulim⁹ ĩ hũc mũdũ
haud dubiũ q2 nec

haud dubiū qꝛ nec auferre qđ poſſum⁹. Boni ſupra ſolē la/
borant.ſ.p eternis:ğ ſupra ſolem ſūt/implētes illud mādatū
dñi/ Matth.vj.d. Nolite theſaurizare vob theſauros i t̄ra
vbi erugo ꝛ tinea demolit̄:ꝛ vbi fures effodiūt ꝛ furant̄:the
ſaurizate aūt vob theſauros i celo ꝛc. Eccl'ia ṽo nō tm̄ ſup̄
ſolē ſed etiā in ſole laborat: qꝛ in vera luce
cognitiōis ꝛ i ardore ſācte dilectiōis opat̄
Pš.18. et patit̄. Propt̄ qđ đr: In ſole poſuit ta/
bernaculū ſuū:in q̄ militat. Vñ et Apocl.
Ar.fauté xij.a.đr mulier.i.eccl'ia:amicta ſole. Seqt̄
a Generatio p̄terit/ꝛ generatio ad
uenit:t̄ra ṽo i eťnū ſtat. Vox ē ꝯcio/
nāt̄.i.ſentētiāt̄. Ad l'raȝ reſpicit h̄ qđ dic/
tū ē:Et oia vanitas. Euaneſcit ğ oīs gene

a laborat ſub ſole: Genera-
b tio preterit et generatio ad-
c d e uenit: terra † vero in eter-
f g h nū ſtat. Orit̄ ſol et occidit:
i k et ad locum ſuū reuertitur:

ratio ſua p̄tertiōe:ñ ſolū hoim/ſȝ ꝛ aialiū ꝛ plātaꝝ ꝛ herbaꝝ
et tot⁹ ornat⁹ folioꝝ/floꝝ ꝛ fructuū c Et generatio ad/
uenit/vt ad modicū pareat:ꝛ trāſitu fugaciſſimo ſilr̄ euane/
ſcat. Et đ h̄ đr Jaco.iiij.d. Que ē vita vr̄a: vapor ē ad mo/
dicum parēs ꝛ deinceps exterminabit̄. Job.xiiij.a. Hō nat⁹
de muliere breui viuēs tp̄e ꝛc. qui quaſi flos egredit̄ ꝛ ꝯterit̄
et fugit velut vmbra. e Terra ṽo in eternū ſtat. Cō/
tra. Eccꝉ.xvj.c. Ecce celū ꝛ celi celoꝝ:abyſſuſ ꝛ vniuerſa ter/
ra:ꝛ q̄ in eis ſunt in ꝯſpectu eius cōmouebunt̄. Itē Matth.
xxiiij.c. Celū ꝛ t̄ra trāſibūt. Sol'. Celū ꝛ terra trāſibūt q̄ ad
figurā:ꝛ manebūt quo ad eſſentiā. Vñ trāſitus eoꝝ nō ē niſi
inouatio eoꝝ. Apocl.xxj.b. Ecce noua facio oia. Eſa.lxv.c.
Myſtice Ecce ego creo celos nouos ꝛ t̄rā nouā. Myſtice. a Ge
neratio/iudeoꝝ/ b Preterit/velut vmbra. c Et gene/
ratio/gentiū: d Aduenit.i.ad fidē venit e Terra ṽo
id ē eccleſia: f In eternū ſtat:qꝛ militās ad triūphan/
tem trāſibit. Vñ Matth.vj.b. Adueniat regnū tuū.i.regnū
Pš.92. veniat ad regnū. Et de h̄ đr i Pš. Firmabit orbē terre q̄ nō
Moraliter cōmouebit̄. Moralit̄. a Generatio/veteris hominis:
b Preterit:qꝛ tota ē in declinatiōe ꝛ defectu. c Et ge
neratio/noui hoīs: d Aduenit:q̄ tota ē ortus ꝛ inoua/
tio. Vñ.ij. Corꝉ.iiij.d. Licet is q̄ deforis ē nr̄ hō corrūpat̄:
tm̄ is q̄ int⁹ ē renouat̄ de die in diē. e Terra ṽo/liberi ar/
bitrij.i.aia: f In eternū ſtat:ğ veteris hoīs generatio/
nē abeūtē ſuſtinet:ꝛ noui generationē aduenietē i ſe excipit.
Vel a Generatio/operū/laboꝝ/temptationū/fatigatio
nū: b Preterit/cū mūdo p̄tereūte. Preterit enim figura
hui⁹ mūdi.j. Corꝉ.vij.f. c Et generatio/glorie et eťno/
rum gaudioꝝ: d Aduenit:qꝛ generationi bonoꝝ operū
ſuccedet generatio glorie. Et de his generatiōib⁹ dicit ſapia
Eccꝉ.xxiiij.c. Trāſite ad me oēs q̄ ꝯcupiſcitꝭ me ꝛ a genera/
tiōib⁹ meis adimplemi. g Orit̄ ſol ꝛc. Hic applaudūt ſibi
phyſici ꝛ phi naturales/volētes ſalomonē hr̄e auctorē de eo
q̄ ſol motu ſuo recto diurno ꝛ nocturno q̄ pene ad eūdē locū
reuerti nitit̄ vnde in p̄cedēti die fuerat ort⁹/laboꝝ humanoꝝ
dux ꝛ rector ſit:motū ṽo obliquū q̄ đr gyrare p meridiē ꝛ fle
cti ad aq̄lonē/dicūt eſſe ducē ꝛ auctorē generatiōis ꝛ corrū/
ptiōiſ:q̄ mot⁹ ānuus ē/qꝛ eo ann⁹ mēſurat̄: Sȝ h̄ ſi dicūt ſalo
monē ſenſiſſe:q̄re tacuit de ceteriſ ſtellis errātib⁹ ſiue fixis:ğ
ſm̄ eos nec minora nec min⁹ mirabilia opant̄: Nā ſi ſol⁹ ſol
iſta efficeret:cū mot⁹ ei⁹ ſingul'ānis oīno ſit ſm̄ eūdē modū/
neceſſario viciſſitudines tēpoꝝ idifferētes eſſēt/ꝛ eſtateſ ꝛ hye
mes ſp̄ eſſēt eq̄les ꝛ vni⁹ modi:ꝛ generatio ꝛ corruptio i reb⁹
huius mundi inferioris fieret ſemp̄ ſm̄ vnū modū:cui⁹ con/
trariū manifeſte videm⁹. Sed qꝛ iſta phia preter intentioneȝ
libri eſt ꝛ oīno imptinēs: vt patet inſpiciēti libri initiū ꝛ serieȝ
et finē:qꝛ pene in ſingulis verbis docere intēdit/q̄ oia iſta q̄
ſub ſole ſunt/vanitas ſunt:pertrāſim⁹. Juxta litterā igit̄ ꝛ in
Ad litterā tētionē auctoris verbū cōcionis ē iſtđ: g Orit̄ ſol/qñ hu/
manis ſe p̄ſentat aſpectib⁹. h Et occidit:qñ poſt ortum
tendēs ad occaſum:ſe ſubducit humaniſ aſpectib⁹ i Et ad
locū ſuū/vñ p̄us ort⁹ fuerat: k Reuertit̄/ſpacio noctis.
Ibiq renaſcens
ðm Glo. Glo.exponit de curſu ſol'ānuo: Nā in ṽe qđ āni p̄ncipiū pu
tatur ſingulis annis: g Oritur/nobis/ſol/cuȝ ad polum
noſtrum ꝯſurgit poſt equinoctiū vernale. Deinde h Oc/
cidit:qñ poſt equinoctium autumnale ad inferiora deſcendit.
Gyrat p meridiem:
Myſtice g Orit̄ ſol.i.chriſt⁹ de ṽgine. Nūeri.xxiiij.c. Myſtice
Orit̄ ſtella ex iacob ꝛ ꝯſurget ṽga đ iſrl'. Eſa.xj.a. Egredie
tur ṽga đ radice ieſſe ꝛ flos đ radice ei⁹ aſcēdet. h Et oc/
cidit/i cruce. Vñ Pš. Sol cog̃uit occa Pš.103.
ſum ſuū: i Et ad locum ſuū.i.in
celum empyreum vel ad ſinum patris:
k Reuertitur/in aſcenſione. De hac
reuerſione dicitur Lucꝉ.xij.e. Et vos ſi/
miles hominibus expectantib⁹ dominū
ſuum quando reuertatur a nuptijs. Iteȝ
eodē.xix.b. Hō q̄dā nobil'abijt in regio
nē lōginquā accipe ſibi regnū et reuerti.
Ibiq renaſcēs.i.de celo
Vel alit̄ Myſtice g Sol/iuſticie.i.chriſt⁹ g Orit̄/ Aliter myſtice
generatiōi q̄ aduenit.i.bonis p grām: h Et occidit/ge
nerationi q̄ p̄terit.i.mal'. i Et ad locū ſuū reuertit̄:q̄
intelligit̄ eccleſia p̄deſtinatoꝝ. Vñ Ezech.xliij.b. Loc⁹ ſolij
mei ꝛ loc⁹ veſtigioꝝ pedū meoꝝ vbi habito in medio filioꝝ
iſrl'in eťnū. Quibuſcūq ğ chriſt⁹ oriat̄ p graȝ vel occidat in
hac vita/ad p̄deſtinatoſ reuertit̄ vt eoſ finalit̄ illuſtret p graȝ:
et exeūtes đ domo excipiat i glia. Vel/ g Orit̄ ſol/iuſti/
cie inferꝭ ꝛ occidit ſupis:qñ deſcēdit ad iferos q̄ erāt i limbo.
Et tūc ipleta ē ꝓphetia Eſa.ix.a. Habitātib⁹ in regiōe vm/
bre morꝭ lux orta ē eis. i Et ad locū ſuū reuertit̄.i.ad
p̄ris ſoliū ſiue ſinū erepta p̄da ſuoꝝ. Vel/ g Orit̄ ſol/iu/
ſticie iudeis vtroq mō/ꝛ ſp̄ūalit̄ ꝛ ſm̄ carnē. h Et occi/
dit/ſimiliter vtroq modo eis i Et ad locum ſuum re/
uertitur/in fine mundi:id eſt ad iudeos. Eſa.x.c. Si fuerit
populus tuus iſrael quaſi arena marꝭ reliq̄e ꝯuertent̄ ex eo.
Ibiq renaſcēs.i.iterū
Moralit̄ g Orit̄ ſol/in baptiſmo. h Et occidit/p Moraliter
peccatū. i Et ad locū ſuū reuertitur:per penitentiā.
Gyrat.i.gyrare
Itē alit̄ g Orit̄ ſol/p̄ſentꝭ ꝓſpitatꝭ. h Et occidit.i. Alit̄ moraliter
ſtatim ad occaſū tēdit. Et h̄ vt nemo đ ortu hui⁹ ſol'gaudeat:
cui tā ineuitabil'tāq velox ſuccedit occaſus. Inſenſat⁹ ē igit̄
q̄ ſolē ſp̄ i ortu ſuo nitit̄ detinere ꝛ ab eo prohibere occaſum.
Hic ē q̄ ꝓſpitatē ſp̄ nitit̄ retinere ꝛ aduerſitatē oimodā de/
clinare. Hic vult facere miraculū:ſic Joſue.x.c. Sol inq̄t ꝯ
gabaon ne mouearꝭ:ꝛ luna ꝯ vallē hailō. Gabaon interp̄tat̄
vallis meſticie vel ꝓcliuiū iniq̄tatū:hoc eſt cor auari. Hai/
lon interp̄tat̄ vbi erāt vrſi vel vbi ſūt vrſi:hoc ē vent̄ guloſi.
Hic ſol orit̄ cōmūnit̄ bonis ꝛ mal'. Vñ Mat.v.g. Orate p
pſequētib⁹ ꝛ calūniātib⁹ vos vt ſitꝭ filij p̄ris vr̄i q̄ in celis eſt
q̄ ſolē ſuū oriri fac̄ ſup bonos et malos. Sequit̄: i Et ad
locū ſuū reuertit̄. Quis ſit loc⁹ diuitiarū:ipſemet oñdūt
ſuo pōdere:dū toto ipetu ima petūt nob nudis đ mūdo ex/
eūtib⁹ i mūdo remanēt. In q̄ patet q̄ mūdi ſīt diuitie nō nr̄e.
Vñ.j.v.c. Sic nud⁹ egreſſus ē đ vtero m̄ris ſue:ſic reuertet̄
ꝛ nihil auferet ſecū đ labore ſuo. Itē exponit̄ đ ſole aduerſi/ Aliter
tatꝭ. De q̄ Pš. In ſole poſuit tabnaculū ſuū. Hic g Sol Pš.18.
orit̄ iuſtꝭ ꝛ iiuſtꝭ:ſȝ iiuſti triſtes illū excipiūt:iuſti ṽo ꝯſtāt̄/li
bēt/letāt̄. Vñ paul⁹.ij. Corꝭ.xj.g. Si gliari oportet ğ ifirmi
tatꝭ mee ſūt gliabor. Hic ſol orit̄:ſ ſtatim occidit:qꝛ bre
uis ē oīs aduerſitas p̄ñs q̄ p dño ſuſtinet̄ reſpectu p̄mij qđ
meret̄.ij. Corꝭ.iiij.d. Id qđ i p̄ſenti ē momētaneū ꝛ leue nr̄e
tribulatiōis/ſup̄ modū in ſublimitate eťnū glie pōd⁹ opat̄ in
nob. Si ğ doles đ ortu ſol'hui⁹/gaudeaſ đ occaſu:q̄ curſu ve
lociſſimo ſequit̄ ortū:propt̄ qđ etiā đr torrēs. Pš. De torrē Pš.109.
te in via bibet ꝛc. Sequit̄: i Et ad locū ſuū reuertit̄.
Locus ꝓpri⁹ hui⁹ ſolis ē cetus maloꝝ. In electꝭ eni locū nō
habet ad manēdū:ꝛ ſi aliqñ trāſeat exurēdo/ſi q̄d i eis pur/
gandum erat: Sed in malis manſionem ꝛ domiciliū ꝓprium
habet tranſiens ab electis:ibi in eternū manebit. Eſa.xxviij.
c. Flagellum inundans cum tranſierit.ſ.a bonis/eritis ei in
conculcationem. Signanter autem dicit/ inundans:nam cum
boni flagellantur ſiue tribulant̄ quacunq tribulatione:pro/
prium alueum exit aqua tribulationis:id eſt malos.

a ibiqꝫ renaſcẽs gyrat per b meridiem et flectit ad aqui c lonem. Luſtrãs vniuerſa in f circuitũ pergit ſpiritus: et in g circulos ſuos reuertit. Om h niã flumina intrant in mare: k

Ad litterã ☞ a Ibiqꝫ renaſcẽs/ die altero/ b Gyrat ꝑ meridiẽ/ in hyeme.i.ad meridionalẽ plagã magꝭ ꝙ in eſtate. d Et flectitur ad aquilonem/ in eſtate. e Luſtrans vniuerſa/ ſigna ʒodiaci: vel vniuerſa climata mundi. f In circũitu: id eſt in circulari ꝑagratione/ qua ʒodiacũ ſemel in anno peragrat. Circulari dico: id eſt ſpirica: nõ enim circulum ſed ſperam ſiue ſpirã facit ſol in q̃libet die. Vel/ e Luſtrans vniuerſa/ in circũitu radios ſuos vbiqꝫ ſpargendo: et ſic totum legitur de curſu ſolis diurno. g Pergit ſpiritus: id eſt ſol quem vocat ſalomon ſpiritum: quia animat ⁊ viuificat ⁊ inſpirat omnia/ vt dicit Hieroꝰ. h Et in circulos ſuos: id eſt per circulos.i.ſpiras ſuas/ i Reuertit: ad ortũ ſuũ.

Scdm Glo. ☙ b Gyrat per meridiem: quãdo plus morat in ſignis hyemalibus. d Et flectitur ad aquilonẽ: quãdo plus moratur in ſignis eſtiualibus que viciniora ſũt boreali polo. e Luſtrans vniuerſa in circũitu: quia omnes ꝑtes mũdi ꝑ ſigna ſua currẽs attingit. In cancro enĩ oriens et occidens tangit aquilonem: in capricorno/ meridiem: in libra et ariete/ orientem ⁊ occidentem attingit. Vel ſic punctatio fiat. e Luſtrans vniuerſa in circumitu pergit ſpiritus: id eſt ſol. Pro quo ſymmachus poſuit: ꝑambulãs vadit ventꝰ: nomine venti ſolem accipiens pro velocitate et rapiditate motus. Quia vero ſol hic ſpiritꝰ nominat: applaudunt ſibi quidam qui dicũt ſolem ⁊ celos ⁊ omẽs ſtellas ſpiritus eſſe: nõ dico habere ſpiritũ. Lumẽ ſꝫo qḋ ex eis procedit/ dicũt figuram corporalẽ in eis oſtendere/ quã tñ omnino non habẽt. Alij ſꝫo de hoc modeſtius ſentientes/ nomine ſpiritus non ipſum ſolem/ ſed ſpiritum preſidentem ipſi ſoli intelligunt: qḋ notat quedam Glo. Hiero. que incipit: Vadit ad auſtrũ et gyrat ad aquilonem. Hũc ſpiritum aliq̃ philoſophi animam mundi: alij animam angelicam noĩauerũt. Magiſter hugo de ſancto victore: nomine ſolis ignem: nomine venti aerem dicit poſſe ĩtelligi: qui orbiculariṫ motus/ luſtrat vniuerſa: qꝛ ſordes vbiqꝫ aſperſas ſua mobilitate purgat ⁊ diſſipat: ⁊ ſua ſubtilitate cuncta penetrat. Qꝛ autẽ dicitur pluraliṫ: h Et in circulos ſuos reuertit/ demõſtrat ꝙ motꝰ aeris nõ ſemper vbiqꝫ idem eſt: ſed alibi vehementiꝰ alibi moderatius agitatur: cuius fluctuatio verſa vice in ſe ipſum refunditur/ ideoqꝫ diſſimiliter mouetur: nec vniformiter conquieſcit. Poſſumus etiaꝫ accipere non incongrue per ſpiritum quandam vim igneam que a ſole procedit: et per cuncta ſe diffundit. Vnde veteres dixerunt naturam eſſe ignem artificem in res ſenſibiles procreandas. Vel noĩe ſpiritus accipitur ſm veritatem quedam occulta vis nature: que omnia inuiſibiliter nutrit ac vegetat: ⁊ vnũquodqꝫ ad certũ finem legitimũqꝫ ꝑducit: ſm ꝙ dꝛ natura eſſe vis rebꝰ inſita ex ſimilibus procreans ſimilia. Hic g Spiritꝰ pergit in naſcentibus/ egrediens ĩ creſcentibꝰ/ vſqꝫ ad certam menſuram procedẽs. i Reuertitur/ in ſeneſcentibꝰ: quibus ꝑfectum nature retro labentibus vſqꝫ ad originis ſui principium reuocatur. Huiuſmodi progreſſiones ſingularum rerum accipiuntur per circulos: et ideo dicitur pluraliter circulos: quia vnũquodqꝫ ſm propriam menſuram maiorem vel minorem excurſũ habere probatur. Qḋ igitur ignis in corpore ſolis localiter agit/ oriendo/ occidendo/ ⁊ reuertendo: hoc in ſingulis temporaliṫ naſcẽtibꝰ agit naturaliṫ. Hieroꝰ dicit: Ducẽ ſe ſol. Aq̃la/ aſpirat ſol. Symmachꝰ et Theodocio/ recurrit ſol. Reuertit eñ ad locũ ſuũ ⁊ vnde priꝰ egreſſus fuerat aſpirat. In q̃ myſtice demonſtrat mũdi interitus. Quotidianus enim ortus ⁊ occaſus ſolis quid aliud ꝙ mundi interitus eſt? Qꝛ aũt per occultas vias oritur ⁊ occidit: quid aliud demonſtrat niſi ꝙ humana vita labitur dum neſcit. Vnde Pſ. Ego ad nihilũ redactꝰ ſũ ⁊ neſciui. Pſ.72.

Myſtice ☙ a Ibiqꝫ renaſcens: id eſt de celo ad iudicium rediens. b Gyrat per meridiem: id eſt conſiderat bonos ⁊ opera eorum: qui noĩe meridiei intelligunt/ propter ſplendorem ⁊ calorem ꝟtutum quibus calent et ſplendent. Cant.j.b. Indica mihi/ vbi cubes/ vbi paſcas in meridie: id eſt in bonis. d Et flectitur ad aquilonem.i.cõſiderat malos ⁊ opera eorum: qui per aquilonem intelligunt propṫ frigus malicie quo curuant inferiꝰ ad terrena. Pſ. Dominꝰ cõſiderat iuſtum ⁊ impiũ: ecce meridiem ⁊ aquilonẽ reſpicit. Pſ.10. e Luſtrãs vniuerſa in circũitu pergit ſpiritꝰ. B Spiritus in die pentecoſtes repleuit diſcipulos/ mittens eos in vniuerſum orbem. Iohel.ij.g. Effundam de ſpiritu meo ſuper omnẽ carnem. Vel luſtrans vniuerſa in circũitu pergit ſpiritus/ dei: quia nihil eſt ei incognitum: ſed omnia periſcrutat. Prouerb.xv.a. In omni loco ocli dñi cõtẽplãt bonos ⁊ malos. Eccj.xxiij.c. Oculi dñi multo lucidiores ſũt ſuper ſolẽ circũſpicientes oẽs vias hominũ ⁊ profundum abyſſi ⁊ hominũ corda intuẽtes in abſconditas partes. h Et in circulos ſuos reuertitur: id eſt in ſanctos: Ad quos reuertẽs per gratiam facit eos circulariter moueri a ſe in ſe.i.a deo ĩ deum: ipſe eſt enim alpha et ω. Apoc.i.b. Dicuntur igitur ſancti circuli: quia mouentur circulariter a deo in deum: quoꝝ centrum eſt chriſtus: a quo procedunt linee ad circũferentiam eccleſie.

Aliter myſtice ☙ a Ibiqꝫ renaſcẽs.i.iterũ naſcẽs ſpũalit. b Gyrat per meridiem.i.iudeos/ eos illuſtrans pariter ⁊ inflamans: et ꝑ eos alios. Vnde Eccj.xliij.a. Sol in meridiano exurit terrã: d Et flectitur ad aquilonẽ.i.ad gentes frigidas frigore infidelitatis. Et qꝛ non erat miſſus chriſtꝰ niſi ad oues que perierant domꝰ iſrael: vt dicitur Matth.xv. c. merito flecti dicitur ad aquilonem. Et hoc eſt qḋ dicitur Hiere.xliij.b. Quare quaſi colonus futurus es ĩ terra: ⁊ q̃ſi viator declinans ad manendum? Ideo ponit lumen in miſſa in ſiniſtra parte. e Luſtrans vniuerſa in circũitu pergit ſpiritus/ chriſti in ſuis. ſ. quia in omnẽ terram exiuit ſonus eorum. Pſ.18. h Et in circulos ſuos reuertitur: id eſt ad iudeos a quibus exierat. Et hoc ſignificat tranſlatio libri in miſſa: qui de dextera fertur in ſiniſtram: Et iterum in fine miſſe refertur ad dexteram.

Moraliter * b Gyrat: id eſt gyrare facit: c Per meridiẽ: id eſt ꝑ bona opa/ vel ꝑ futuroꝝ gaudioꝝ cõſideratiõnẽ. d Flectit ad aq̃lonẽ: ꝑ aduerſorũ tolerantiã: vel eternorũ ſuppliciorũ cõſideratiõnẽ. e Luſtrãs vniuerſa ĩ circũitu ꝑgit ſpũs: qꝛ vtrobiqꝫ chriſtꝰ illumiat ⁊ ꝑgere fac de ꝟtute ĩ virtutem. h Et in circulos ſuos reuertitur: id eſt reuerti facit ſanctos ſuos de ſe ad ſe: de ſe iuſto/ ad ſe miſericordem: de ſe principio/ ad ſe finem.

k Omnia flumia ⁊c. Iuxͣ lr̃am ſup̃ oñdit ſalomon mutabilitatẽ ignis et aeris: h̃ oñdit mutabilitatẽ aq̃: q̃ q̃ſi circulariṫ moueṫ. Et ꝯfirmat h̃ ſnĩa Ariſtoteꝭ ĩ li.ḋ celo ⁊ mũdo: vbi diċ ꝙ abyſſus ſedes magna ẽ et locꝰ ꝓprꝰ aq̃ꝝ: et inde ꝑ multas excolatiões oriunt oẽs fõtes et flumia. Et dicũt phi aq̃s dulces q̃ mari influũt vel ardore ſolis ꝯſumi vel ſalſuginis mariꝭ pabula eẽ. Sꝫ eccliaſtes nr̃ diċ eas ꝑ occultas terre venas ad capita fontiũ regredi ⁊ de mr̃ice abyſſo in ſua ſꝑ ebullire ꝑ̀ncipia ⁊ ĩ venis terre deponere amaritudinem. Eſt aũt h̃ aq̃ꝝ circulariꝭ mutatio nõ a celeſtibꝰ corꝑibꝰ ſꝫ a natura mariꝭ magni: licet fluxꝰ et refluxꝰ tꝑalis ſit: vel attribuat lunationi vt diċ Lucanꝰ. Et h̃ eſt qḋ diċ: k Oĩa flumina intrant in mare/ quaſi in matricem omnium aquarum. ☞ Et mare non redũdat:

Myſtice k Omnia flumina ⁊c. Myſtice/ ꝑ flumina ſignificat genus hũanũ qḋ in mortem velut in mare fluit. Vñ.ij.Reg. xiiij.c. dixit mulier thecuites: Omnes morimur et q̃ſi aque delabimur ĩ terrã que nõ reuertũt. Iob.xiiij.b. Quõ ſi recedãt aq̃ de mari ⁊ fluuiꝰ vacuefactꝰ areſcat: ſic hõ cũ dormierit. Hec k Flumia intrãt ĩ mare.i.mortis amaritudinẽ ☙ Et mare nõ redũdat:

k Oĩa flumĩa ĩtrãt ĩ mare. Per mare ĩtelligit ſacra ſcriptura ſiue ſcia: ĩ q̃ flumia oĩm doctrinaꝝ vel ſciaꝝ ĩtrãtiũ abſorbent ſic luce ſolis abſorbent ☙

a Et mare n̄ redūdat. Ad lo͛cū b vn̄ exeūt flumīa re͛uertūt: vt c itērū fluāt. Cūncte res diffi- f cilēs: nōn pōt hō eas expli- g care ſmone. Nōn ſatiatur h ocul⁹ viſu: nēc auris implet i

a Et mare nō redūdat. i. non creſcit inde: qꝛ q̄tū ex pte vna deorſū fluit i mare: tātū ex altera pte ꝑ occītos meat⁹ re- uocat ad ortū. b Ad locū vn̄ exeūt flumia reuertūt i. ad mare/ vl' ad capita fōtiū: d Ut iteꝝ fluāt/ i mare.

Myſtice a Et mare nō redūdat. i. nō ſatiat mors quſcꝫ oēs mor- tui fuerint: ꝛ tunc ipſa morſ morietur. j. Corſ. xv. d. Oportet illum regnare donec ponat oēs inimicos ſub pe- dibus ſuis: nouiſſime aūt inimica deſtruet mors. Oſee. xiij. d. Ero mors tua o morſ/ morſus tu⁹ ero in- ferne. b Ad locū vn̄ exeūt. i. ad ťrā: c Reuertūt/ in morte. Geñ. iij. d. In ſudore vult⁹ tui veſcerſ pane tuo: do- nec reuertarſ in ťrā de q̄ ſumpt⁹ es: qꝛ puluis es ꝛ in puluerē reuerteri. d Ut iteꝝ fluāt/ de morte ad vitā iteꝝ redeāt in generali reſurrectiōe.

Aliter benī: ſic luce ſol' abſorbēt lumīa ceteraꝝ ſtellaꝝ. Un̄ Pſ. Ab
Pſ.140. ſorpti ſt iūcti petre iudiceſ eoꝝ. Or aūt noie marſ ſacra ſcp̄tu ra ſiue ſcia itelligat/ dꝛ expſſe Eſa. xj. c. Repleta ē ťra ſcia dn̄i
Aliter ſic aq̄ marſ opientſ. Alio mō itelligit ꝑ mare ꝟgo maria: Un̄ ꝛ maria amarū mare interp̄tat: i q̄ oia flumia grāꝝ ꝛ donoꝝ ſpūaliū intrauerūt cū ipſo fonte. Lucſ. j. d. Spūſſctūs inq̄t ei angelus ſupueniet i te: et virt⁹ altiſſimi obūbꝛabit tibi. Et tn̄ nō redūdauit maria. i. nō itumuit ꝑ ſupbiā: neqꝫ reuomu- it ꝑ iactantiā: ſed infra alueū humilitatſ ſue oia receptauit et ſeruauit: Ecce inq̄t ancilla dn̄i ꝛc. Ipſa eſt aq̄educt⁹ ꝑ quē fons irrigās paradiſū iſluit ciuitati bethulie: Judith. vij. b. i. toti eccleſie. Et h̄ ē qd̄ ipſamet dicit Eccſ. xxiiij. d. Ego qua- ſi fluui⁹ dorix ꝛ ſicut aqueduct⁹ exiui de paradiſo: dixi: riga-
Aliter bo hortū plantationū. Itē ꝑ mare intelligit cetus impiorū. Un̄ Eſa. lvij. d. Impij q̄ſi mare feruēs qd̄ q̄ſcere non pōt. In h̄ mare intrāt oia flumia diuitiaꝝ tpaliū/ delitiaꝝ carnali um ꝛ vanitatū honoꝝ: ꝛ tn̄ nō redūdat ſed ampli⁹ ſitit: ſicut creſcit ardor ignis creſcētib⁹ lignis. Un̄ Prouerb. xxvij. c. Infern⁹ ꝛ ꝑditio nūq̄ꝫ replent: ſiliť ꝛ oculi hoim iſatiabiles. Eodē. xxx. c. Tria ſūt inſatiabilia ꝛ quartū qd̄ nunq̄ꝫ dic̄ ſuf- ficit. Tale mare nō fuit iob. Un̄ dicit. vij. c. Nunqd̄ mare ſū
Aliter ego aut cetus: qꝛ circūdediſti me carcere: Item mare/ mūd⁹ eſt: q̄ tumeſcit i ſupbis: ſpumat in luxurioſis: oēs aq̄s recipit nec redūdat i auarſ. Flumia ſūt doctores ꝛ p̄dicatores: q̄ to- tū mūdū influūt ꝛ irrigāt pluuia ſancte p̄dicatiōis. De q̄bus
Pſ.92. Pſ dicit: Eleuauerūt flumia dn̄e eleuauerūt flumia vocem ſuā. Hec flumina intrāt in mare. i. mundū ad irrigandū et fecūdandū. Un̄ Abacuk. iij. d. Uiā feciſti i mari eq̄s tuis: id ē p̄dicatorib⁹. a Et mare nō redūdat. i. mūd⁹ nō ꝓfi cit ex doctria: ſ; flumia ipſa i marſ amaritudinē ꝯuertūt: ma xime ꝑ auariciā. Hiere. vj. c. A minore vſq̄ꝫ ad maiorē oēs auaricie ſtudent: ꝛ a ꝓpha vſq̄ꝫ ad ſacerdotē oēs faciūt dolū. b Ad locū vn̄ exeūt flumīa reuertunt. i. ad ſctm̄ oci um ꝯtēplatiōis vbi implent/ vbi hauriūt qd̄ poſtea p̄dicādo effūdūt/ redeūt p̄dicatores impleto officio p̄dicatiōiſ: alioq̄n cito ſiccant: ſicut alue⁹ ſine fonte. Unde Actſ. j. a. dixit dn̄s diſcipulis ſuis: Accipietſ ꝟtutez ex alto in vos ꝛ eritis mihi teſtes i hieruſalē. Uel/ Ad locū vn̄ exeūt flumīa reuer tunt. i. ad ſacrā ſcp̄turā: q̄ ē abyſſus aq̄ꝝ: vn̄ vim fluēdi et te- ſtimonia accipiūt vt credat eis. Sic̄ dic̄ Hiero⁹: Nō credat aliq̄s meiſ lr̄is niſi q̄cq̄d dixero ꝑ vet⁹ aut nouū teſtamētū ꝓ- bauero. De h̄ dꝛ Job. xxviij. a. Habet argētū venarū ſuarū p̄ncipia. Uel locus vn̄ exeunt flumina doctrinaꝝ ꝛ grāꝝ/ deus ē. Eccſ. j. a. Ois ſapia a dn̄o deo ē. Ad hūc locū reuer tunt flumīa: d Ut iterū fluāt/ cum p̄dicatores ꝛ docto- res de ꝓfectu doctrine vel p̄dicatiōis ſue grās deo agūt: ꝛ ei totū attribuūt/ ſibi nihil: dicētes: ſerui iutiles ſum⁹ qd̄ debui mus facere fecim⁹: Lucſ. xvij. c. Hoc ē qd̄ dicit dn̄s ad Job xxxviij. d. Nūqd̄ mittes fulgura ꝛ ibūt ꝛ reuertētia dicēt ti- bi/ aſſum⁹: Hoc impletū eſt Lucſ. x. c. Reuerſi ſunt ſeptua- gintaduo cū gaudio dicētes: Dn̄e etiaz demonia ſubijciunt nobis in nomine tuo. Omnes iſte mutatiōes rerum viſibiliū

q̄ dicte ſunt litteraliť ꝛ ſpūaliter/ expſſe notant Eccſ. xiiij. c. vbi dꝛ: Alia generant et alia deijciūt: ſic generatio carnis et ſanguinis/ alia finit ꝛ alia naſcit. Ecce qd̄ hic dꝛ: Generatio p̄terit ꝛ generatio aduenit. Et poſtea q̄ſi ponens myſterium ſubdit Ecc⁹. xiiij. c. Oē op⁹ corruptibile i fine deficiet: ꝛ q̄ illud opat ibit cū illo: ꝛ oē op⁹ electū iuſtifi- cabitur: et q̄ illud opa tur honorabitur in il- Ar. ſſatura
lo. Item Eccſ. xl. b. Prouer.27.c.
Oia q̄ de ťra ſūt i ter- Ecci.14.b.
ram reuertēt: et aque oēs i mare ꝯuertent. Et h̄ ē qd̄ h dꝛ: Oia flumia itrāt i mare ꝛc. e Cūcte res ꝛc. Mutabilitatē oium in trib⁹ reꝝ p̄nci- pijſ. i. igne ſiue ſole/ aq̄ ꝛ aere/ ſm motū mouētē ſup̄ explicuit Eccſiaſteſ: nūc aūt q̄ꝫ iexplicabil' ſit eadē mutabilitaſ ſm mo tū q̄ mouet ꝑ ſingula queq̄ꝫ oriētia ꝛ occidētia i vniuerſitate oñdit/ dicēs: e Cūcte res. i. rerū cauſe ꝛ nature f Diffici les/ ad itelligēdū/ ad explicādū: qꝛ nec nūerari multitudine: nec cōprehēdi quātitate: nec inueſtigari poſſūt ꝓfunditate. g Nō pōt hō eas explicare ſermone/ alijs plene. ſ. qꝛ ſenſ⁹ human⁹ ita inuolut⁹ ē tenebriſ/ q̄ vix pauca etiā ſm ſup ficiē attingere pōt: q̄ etiā ſi oia. i. ſingula ſm exteriorez ſpēm cerneret/ vim latētē ꝛ naturā inuiſibilē rerū nullaten⁹ penetra ret. Rerū eni quedā ad ſenſum hois veniūt ſm ſpēm exteri- orem tm̄: alie penit⁹ abſcōdunt: vel qꝛ loco remote ſunt: vel qꝛ p̄ſentes ſubtilitate ſua ſenſū humanū excedūt: Uniuerſi- tas aūt reꝝ oino hoi incōprehēſibilis ē/ ꝛ ſm exteriorē ſpēm et ſm interiorē qualitatē. In hac aūt mutabilitatſ ꝯfuſione magſ difficile ꝛ q̄ſi ineffabile videt q̄ ſinguloꝝ corruptio eſt ipſi⁹ vniuerſi pulchritudo. Un̄ ſenſus human⁹ iſta ꝯſiderās ꝛ i corruptiōe ſinguloꝝ triſtat: ꝛ in ordinatiſſima pulchritu- dine vniuerſitatſ delectat: Miro eni ꝛ ineffabili mō ꝯditor i creatura ſua ſimul ꝛ ꝑ corruptionē ſinguloꝝ affligit maliciā: et ꝑ pulchritudinē vniuerſi delectat naturā: et h̄ totū facit vt cognoſcat hō in afflictiōe ſua qd̄ ꝑ culpā meruit ꝛ i delectati- one qd̄ amiſerit. Qd̄ p̄miſſū eſt ptinet ad afflictionē malicie: qd̄ ſequit ad delectationē nature. h Nō ſatiat oculus viſu/ tā interior q̄ꝫ exterior oculus/ admirās pulchritudinem vniuerſi ꝑ ſe vidēs. i Nec auris implet auditu/ ab alio ſuſcipiēs. Uel iō/ nō ſatiat ocul⁹ viſu/ nec aurſ implet auditu: qꝛ ꝑ hos ſenſ⁹ rerū viſibiliū pulchritudo mira iocū ditate animū interi⁹ afficit/ ꝛ ſui ꝯtēplatiōe ienarrabilē q̄ndā iuiſibiliū bonoꝝ ꝯcupiſcētiā in eo accēdit. Uel iō/ nō ſatia- tur ocul⁹ viſu: qꝛ mēs humana intellectu mūdū nō ſufficit cape et tn̄ deſiderat: qꝛ oēs homies natura ſcire deſiderant. Nec aurſ iplet auditu: qꝛ affect⁹ hoiſ mai⁹ qd̄ q̄ꝫ ſit mūd⁹ deſiderat: Capax eni dei ē: nec min⁹ ei ſufficit: Un̄ miro mō nec cor humanū toti mūdo ſufficit/ nec tot⁹ mūd⁹ cordi hu- mano: Intellect⁹ em̄ ſuccūbit i cogſcēdo: ſ; affect⁹ trāſcēdit in deſiderādo. Cedat ſe itellect⁹ q̄ntū potit/ nec totū cape pōt. Quare h̄: Quia cūcte res difficiles. Amor ꝟo totū haurit/ ꝛ adhuc ſatiari nō pōt. Quare h̄: Quia itellectū ſupeminet af- fect⁹: nec q̄ſcit donec ad illū ꝑuenerit a q̄ fact⁹ ē vt eſſet: ꝛ ad qd̄ fact⁹ eſt vt eſſet: ꝛ ad qd̄ fact⁹ ē vt i illo btūs eēt. Uel aliť. Quia p̄dixerat ſalomon: Cūcte res difficiles: ꝛ nō pōt hō eas explicare ſermōe: poſſet hō credere q̄ cognitiōe ad min⁹ poſſet eas cōprehēdere: iō adiūxit ſalomon: Nō ſa tiat ocul⁹ viſu/ nec aurſ implet auditu. q. d. nō ſolū n̄ pōt hō eas explicare ſermōe: ſed nec ſenſu cape vel inueſtiga- re: Nam ꝑ ſe ꝯtēplari incipiat/ nō ſatiat oculus viſu: ſ; erudi- ri ab alio q̄rat/ nec implet auris auditu. Sūt autez difficiles Triplex in-
cuncte res triplici intellectu q̄ res ꝯſiderant a nob. Primus tellectus
intellect⁹ eſt q̄ trinitatem nob q̄dāmodo pingūt ꝛ inſinuāt et loquunt velut q̄dā verba: Materia eni ſua/ patrē loquunt: Specie ſiue forma/ filiū: Complexu ꝟo materie ꝛ forme/ ſpi ritūſctm̄: q̄ eſt nex⁹ ineffabilis/ et cōplexio pr̄is ꝛ filij. Et ꝓpť h̄ res dicunt veſtigia dei. Job. xj. b. Forſitan veſtigia dei cō prehendes. Et Aug⁹. in li. de lib. arbi. vocat eas nutus dei. Ue inq̄t illi q̄ diligit nut⁹ tuos ꝓ te. Scd̄s intellect⁹ eſt q̄ lo- quunt nob nō ꝑſonas

quunt nob/ nō pſonas ꝓprie ſ; appropriata pſonis.ſ.potētiā/ ſapiam/benignitatē. Nam ꝑ magnitudinē loquunt potētiā/ q̄ p̄ri appropriat. Per pulchritudinē ſapiam/ q̄ filio: ꝑ vtilitatē loquut bonitatē/ que ſpūiſctō appropriat. Et de h̄ dicitur Roma. j.c. Inuiſibilia dei ꝛc. Itē Sap. xiij.b. A magnitudine ſpeciei ꝛ creature / poterit creator hoꝝ cognoſcibilit videri. Terti⁹ intellect⁹ eſt q̄ nob innuūt qd faciendū: ſicut formica docet nos prouidentiam: vt patet Prouer. vj.a. ibi. Uade ad formicā o piger ꝛ diſce ſapiaꝫ. Iō dr Ecci j.b. de deo: ꝙ effudit ſapiam ſuaꝫ ſuꝑ oīa oꝑa ſua. Uñ Iob. xij.b. Interroga iumēta ꝛ docebūt te: volatilia celi ꝛ idicabūt tibi: loq̄re terre ꝛ rñdebit tibi. Nullū enī eſt aīal: imo nulla pſ aīat: nlla oīno creatura viſibil/ a q̄ nō poſſum⁹ aliq̄d haurire ſapie ſalutar. Sꝫ mouet aliq̄s/ q̄re Eccl̄iaſtes d̄ auditu ꝛ viſu pott⁹ q̄ꝫ de alijs trib⁹ ſenſib⁹ h̄ loq̄t. Ad qd dici pōt/ ꝙ viſus ꝛ audit⁹ ſūt excellētiores alijs ſenſib⁹ ꝛ pl⁹ ꝓferūt diſcipline: vñ et ſublimiorē ſedē in corꝑe ſortiti ſūt. Et ſic aure ꝟbū hoīs ꝑcipit: ſic oculo ꝟbū creatoris: qd ꝟbū ē q̄libet creatura viſibil/ ꝑ quā nob loq̄t icessant. Iō cōpetent oculi i corꝑe hūano añ faciē poſiti ſt/ ꝛ aureſ a latere collocate: q̄ſi ꝑ h̄ nob dicat ꝙ itētio nr̄a p̄ncipalit dꝫ dirigi i deū/ ſcd̄ario i ꝓximū. Ad cōpeſcēdā igit auiditatē ꝛ temeritatē curioſe ꝑſcrutatiōis creaturarū: q̄ nec intellectū ſatiant nec affectū q̄etant: q2 vanitas ſunt: dixit Eccleſiaſtes: Cuncte res difficiles ꝛc. Oculus enī mētꝭ creat⁹ ē famelic⁹ ꝛ capax p̄me veritatis: et iō nulla creata veritas replet illū: Et aurꝭ mētꝭ ſimilit qd idē eſt qd ocul⁹: ſed oculus dr i ꝓpria ſpeculatiōe: auris in aliena eruditiōe/ nō implet alia veritate q̄ꝫ p̄ma. Uñ Tullius. Pabulū et cib⁹ ingenioꝝ ꝛ aīoꝝ ē ↄtēplatio ↄſideratioq̄ꝫ nature ſempit'ne. Seq̄t: a Quid ē qd fuit? Ipſū qd futurū eſt. Quid ē qd factū eſt? Ipſū qd faciēdū eſt: Nihil ſub ſole nouū. Hic videt ſalomon errorē gentiliū cōfirmare: q̄ poſuert mūdū e'tnū ꝛ ex motu circulari celoꝝ circularē eē generationē ꝛ corruptionē inferioꝝ/ ꝛ iō e'tnā. Dicūt enī ꝙ expleto magno āno: q̄ ān⁹ apd eoſ vertēs dr: ↄtinēſ ānos ſolares trigintaſex milia / erūt oēs ſtelle ꝛ oēs planete i initio ſuoꝝ motuū/ ꝛ eoſdē effect⁹ reuolutionū ſuarū vires in feriores deſcēdere: et iō oīa eadē redire.ſ. eundē adā/ eādem euā: ꝛ ſic d̄ alijs: Taleq̄ꝫ reuolutionē oīm ac recreationē ſemper ſine p̄ncipio fuiſſe/ ꝛ ſemꝑ i idpſum futurā ſine fine affirmāt. Origeñ. aliā cām aſſignat iſti⁹ reuolutionis ac redit⁹: q̄ tñ oīa q̄ſi falſa ꝛ aliena a fidei ꝟitate trāſim⁹. Uñ pōt dici ꝙ h̄ verbū/ q̄d ē qd fuit ꝛc. ↄcionatoriū eſt: ꝛ nihil hꝫ aſſertiōis: vel pertinet ad illud qd dr Geñ. ij.a. Req̄euit deus ab oī oꝑe qd patrarat. i.a creatione nouarū ſpecierū ac generū: nō a gubnatiōe: Nam ſcriptū eſt: Pater me⁹ vſq̄ꝫ mō oꝑat: et ego operor: Ioh. v.c. Qd q̄ dr c Nihil ſub ſole nouū: referendū eſt ad rerum ſimilitudinem/ que in ſuis generibus ſic inſtitute ſunt a p̄ncipio: vt vnūq̄dq̄ꝫ ſcd̄m ſimilitudinē ſue ꝓprie originis ꝓpaginē extendat: nec terminū eius excedat. Singula igit in ſemetipis ꝑ imutabilitatē ſtare non pñt: tñ in genere ſuo ꝑ ſimilitudinē ſtatū ſuū cuſtodiūt. Et h̄ ē qd dr: a Quid ē qd fuit? Ipſū qd futurū eſt/ in ſpecie non in ſe: vt hō mortu⁹ ꝛ hō naſcitur⁹: q̄rū eadem natura/ nō eadē ſuba. b Et q̄d ē qd factū ē/ a deo vel ab hoīe vel a natura? Ipſū qd faciēdū eſt/ in ſimilitudine generis/ nō i ideutitate ſube. c Nihil ſub ſole nouū/ nō tñ e'ternū. Eternū q̄ppe nō eſt: q2 in ſeipſo ꝑterit. Nouū iterū nō eſt: q2 i ſimilitudie ſui generꝭ iā p̄ceſſit/ vel i dei ꝑſciētia: vt dic̄ q̄dā Glo. d Nec valet q̄ſq̄ꝫ dicere/ vere: ecce hoc recēſ ē: Iā enī p̄ceſſit i ſeculis q̄ fuerūt añ nos/ ſimilitudine generis: q2 ſeptima die req̄euit dñs ab oī oꝑe qd patrarat: id eſt a creatiōe noue ſpeciei: vel i ꝑſciētia dei vbi iam ſūt facta q̄ futura ſūt i natura. Hic ꝑcutit ſalomon illos q̄ de factꝭ ſuis aut dictꝭ aut inuētis q̄ſi nouis ꝛ iauditꝭ glīant: cū nihil nouū laudabile cogitari vel dici poſſit: qd nō iam diu ante vl' factū vel dictū fuerit vel inuētū. Cōtra h̄ obijcit de miraculis que q̄tidie noua fiunt/ que nunq̄ꝫ facta fuert. Ad h̄ dic̄ Hiero⁹: q̄ facta fuerāt in ꝑſciētia dei. Uel pōt dici ꝙ ſi non eadē/ tñ ſimilia in genere facta fuerunt. e Non eſt priorū memoria / apud eos q̄ mō ſūt: f Sed nec eoꝝ q̄dē q̄ poſtea futura ſūt erit recordatio apud eos qui futuri ſūt in nouiſſimo. q.d. ita trāſeūt oīa vt nec memoria eoꝝ maneat. Uaniſſime ergo laborat in his. Sap. v.b. Tranſierūt oīa illa tanq̄ꝫ vmbra ꝛ tanq̄ꝫ nūci⁹ ꝑcurrēs: ꝛ tanq̄ꝫ nauis q̄ ꝑtranſit fluctuantē aquam: cui⁹ cum ꝑterierit non eſt veſtigiū inuenire. Hiero⁹. Sicut ꝑterita apud nos abſcōdit obliuio: ſic que nūc fiūt/ hi q̄ futuri ſūt ſcire non poterūt. Hic percutiuntur illi qui nomē ꝛ gloriā ſuam extēdere conāt in poſteros: De quibus Ps. Uocauerūt noīa ſua in terris ſuis: ſed perijt memoria eoꝝ cum ſonitu. Hiero⁹. Eſt ne verbū de q̄ dicatur: Uide hoc nouū eſt? Iam enī fuit in ſeculis q̄ fuerūt ante nos. Symmach⁹ apertius dicit: Putas ne eſt q̄ poſſit dicere: Uide hoc nouū eſt? Iam enī factum eſt in ſeculo qd fuit ante nos. Uel ideo dicit ꝙ priorū ꝛ futuroꝝ nō eſt memoria/ ſed tñ preſentiū: q2 que ante mūdi ↄſtitutionē fuerūt et poſt mūdi finem futura ſunt: nobis velata ſunt: ſed q̄ a p̄ncipio mūdi vſq̄ꝫ ad finem facta ſunt: illa nobis nota ſūt: Qd figuratū eſt Eſa. vj.a. in duob⁹ ſeraphin: qui duab⁹ alis velabant caput dei: ꝛ duabus pedes/ ꝛ duab⁹ volabant: media relinq̄ntes nuda. Hiero⁹. ponit aliā lr̄aꝫ iuxta Septuaginta e Nō eſt memoria primis: ꝛ q̄dē nouiſſimis q̄ futuri ſūt nō erit eis memoria cū his q̄ futuri ſūt i nouiſſimo: q̄ ſic exponit ad lr̄aꝫ: Nō ē memoria p̄mis. i. anteceſſorib⁹ nr̄is: de his ſupple q̄ p̄ceſſerūt eos: et q̄dē nouiſſimis q̄ futuri ſūt. i. ſequētib⁹ nos de prope vl' remote: non erit eis memoria de his q̄ mō ſt cū his q̄ futuri ſūt i nouiſſimo. i. ſicut nec illis q̄ erūt in nouiſſimo. Moralit e Nō eſt memoria p̄mis/ in glīa hui⁹ mūdi. i. amātib⁹ h̄ p̄matū glorie ſecularꝭ/ non eſt memoria de gloria quā habuerūt. Et quidē nouiſſimis q̄ futuri ſūt. i. abiectiſſimis: hi q̄ ſe nouiſſimos reputāt/ ꝛ a mūdo ſimilit nouiſſimi reputant. Non erit memoria cū his q̄ futuri ſūt i nouiſſimo. i. i inferno. Et h̄ ē qd legit Matth. xx.b. Erūt p̄mi nouiſſimi ꝛ nouiſſimi p̄mi. i. q̄ mō ſūt p̄mi i glīa mūdi: erūt i inferno nouiſſimi: et q̄ mō nouiſſimi ſūt i mūdo/ erūt p̄mi i glīa dei. Et q̄ꝫto aliq̄s abiectior ē h̄: tāto glīoſior erit i futuro. Uñ dauid dixit ad michol. ij. Reg. vj.d. Uiuit dñs: q2 ludā añ dñm: ludā ꝛ vilior fiā pl⁹ q̄ꝫ fact⁹ ſū: ꝛ ero hūilis i ocul' meis: ꝛ cū ancillis de q̄bus locuta es glīoſior apparebo. Neceſſe eſt enī vt q̄ ſe humiliat exaltet: Luc. xiiij.c. Et q̄ magꝭ ſe humiliat/ magis exaltet. Eſt enī hūilitas fons q̄ tñ aſcēdit a q̄ꝫ alto deſcēdit: Ecōuerſo ſuꝑbia tñ deſcēdit a q̄ꝫ alto venit. Poſſūt aūt hec oīa ſubtili⁹ exponi ad lr̄aꝫ ab illo loco. a Quid ē qd fuit ꝛc. vt iſtū trāſitū rerū reddat ſalomon ꝓ cā: q̄re nō ſatiatur ocul⁹ viſu: nec auris auditu. Spēs enī rerū trāſitoriaꝝ ꝑ ſenſū aduenietes ↄcupiaꝫ excitāt: ſ; cito fugiētes deſideriū fraudāt: q2 ñ ſolū a ꝑñtia ſ; etiā a memoria labūt. Sꝫ cū ſalomō intēdat h̄ ꝑſuadere ↄtēptū ꝑſentiū: q̄re nō cōmemorat ꝑñtia ſ; tñ ꝑterita ꝛ futura? Nō q̄rit: Quid fuit qd ē: vl' q̄d erit qd ē: ſ; q̄d ē qd fuit? Et rñdet: Ipſū qd futurū eſt: Et poſtea replicat eandem q̄ſtionē: Quid eſt qd factū eſt? Et rñdet: Ipſū qd faciēdū ē: nō dicit ipm qd eſt. Ad h̄ dicēdū eſt/ ꝙ iō tacet ꝑſentia vt illa ſola nō eē oñdat/ q̄ ſola eē vident. i. ꝑſentia q̄ vera ↄſideratiōe nō ſūt: q2 dū incipiūt eſſe/ ex eo† ꝙ dū ē/ ſtatim deſinūt eē i id qd iā nō ē: ꝛ ita pene nihil ſunt: propter hoc non

a auditu. Quid ē qd fuit? Ipſum qd futurū eſt. Quid eſt
b qd†factū eſt? Ipſum qd†faciendum eſt. Nihil ſub ſole
c nouum: nec valet quiſq̄ꝫ dicere: ecce hoc recens ē: Iam
d enī†preceſſit in ſeculis que
e fuerunt ante nos. Non eſt
f priorum memoria: ſed nec eorū quidē que poſtea futura ſunt erit recordatio apud eos q̄ futuri ſūt i nouiſſimo.

De pe. diſ. 4. c. in domoribi: fecit deus

Al. futurū

Al. fiendū

Al. neceſſerit

Ps. 48.

Ps. 9.

Moralit

Geñ. 2. a.

Al. ꝙ nō dū

ſunt. Propt̄ h̄ non interrogat ſalomon: Quid fuit qđ eſt: ſed qđ eſt qđ fuit. q. d. ex ꝑteritoꝝ ꝯſideratiōe ꝑpēdite qđ debeatis de ſuperuenientibus expectare. Cum aūt dicit: qđ fuit: refertur ad res: qꝛ vero dicit: qđ factū eſt: refertur ad actiones. a Ego eccleſiaſtes ⁊c̄. Hucuſqꝫ ſalomon đ rerum vanitate diſputauit generalit̄/breui ſermone tam multa complexus: vt mirādū ſit quo pacto totū de ſingulis ⁊ totum de toto ita bene dixerit/vt ad breuitatē nihil minꝰ/ad euidentiā nihil amplius dicēdū videat̄: Sȝ h̄ fac̄ ſapia ꝗ in toto tota ē ⁊ in ſingulis tota: nec ī ſingulis tota ꝯtrahit̄: nec in toto tota dilatat̄: Eſt enim vnitas ꝗ minor eſſe non poteſt: eſt etiā imenſitas ꝗ maior eſſe nō pōt. Ob h̄ autē ſapiētia in tam breui ſermone totam vniuerſitatis effigiē expſſit: vt in paruo magnū videamꝰ: qđ totū in toto videre nō poſſumꝰ.

Al. nō hȝ ſiſrael

Al. ꝗ fiūt

a Ego ecclesiastes fui rex iſra- b el in hieruſalem: c et propoſui in animo meo d querere e et in- f veſtigare g ſapienter de omni- h bus que fiūt ſub ſole. i Hanc occupationem peſſimā de- k dit deus filijs hominū vt oc- l cuparentur in ea. m Vidi que n fiunt cuncta ſub ſole: et ecce vniuerſa vanitas ⁊ afflictio o ſpūs. Peruerſi difficile corrigunt̄: ⁊ ſtultoꝝ īfinitꝰ ē nu-

Recte ergo poſtqꝫ docuit q̄lia ſunt ꝗ nobiſcū facta ſunt/trāſit vt doceat nos quid ſentire vel expectare debeamꝰ de his que a nobis fiūt. Salomon aūt ſeipſum in exemplū omniū que dicturꝰ eſt ꝓponit/aſſerēs ſe cuncta que dicit expimento didiciſſe/ac ꝓbaſſe ita eſſe. Perſonā vero ſuā iđ talē ꝓponit: vt non incredibile videat̄ alicui oium eoꝝ que dicit eum experimenter habere potuiſſe. Unde ṗmo oſtendit ptātē ⁊ dignitatem ſuā/vbi dicit: Ego eccleſiaſtes fui rex in hieruſalē. Sapiam qꝫ ſuā oñdit/vbi dicit: Ecce magnꝰ effectus ſum ⁊ precessi omēs ſapia ⁊c̄. Diuitias etiā ſuas oſtēdit/vbi dicit. ī. ij. a. Magnificaui opa mea: edificaui mihi domos ⁊ plātaui vineas ⁊c̄. Poſtea luxū ⁊ voluptatē ſuā oſtendit/cū adiūgit: Feci mihi cātatores ⁊ cātatrices: ⁊ delitias filioꝝ hoim. ī. ij. b. In his oibꝰ experimentū ſe habuiſſe teſtat̄: ⁊ nihil in eis niſi afflictionē ſpūs inueniſſe ⁊ ſupfluam vanitatem/que gradatim aſcēdit ⁊ ſemꝑ in peius ꝓficit. Nam in his ṗma vanitatꝫ origo reperit̄ curioſitas: deinde cupiditas/poſtremo voluptas. Prima ꝑtinet ad ꝯcupiſcētiam oculoꝝ. Scđa/ad ambitionē ſeculi. Tertia/ad ꝯcupiſcentiam carnis. Per quos gradus vanitatꝫ mens humana defluit a v̄itate: A quo defluxu Eccl̄iaſtes volēs nos reuocare dicit: a Ego eccleſiaſtes/cui dñs dedit tantā ſapiam: b Fui rex in hieruſalē: que erat metropolis ciuitas regni eius. c Et propoſui ī animo meo/ſponte ſcilicet: d Querere/ignotū. e Et inueſtigare/ꝓfundū. Uel d Querere/ab alijs doctoribꝰ. e Et inueſtigare/ꝑ ſigna et effectus f Sapienter. i. non leuibus ꝑſuaſionibus: ſed ſapiētiali. i. mḡrali inq̄ſitiōe: ꝗ ē ex indubitatis atqꝫ certiſſimis. g De oibꝰ ꝗ ſūt ſub ſole. i. ꝗ ſūt in tempe ⁊ ſubiacēt vanitati. Nō dicit: ꝓpoſui querere ⁊ inueſtigare oia que ſunt ſub ſole: ſed de oibus cauſas ⁊ rōnes: cur. ſ. paruuli corripiant̄ a demone: cur pij ⁊ impij parit̄ naufragio demergant̄: an h̄ ⁊ hmōi caſu an iudicio dei fiāt. Si iudicio/vbi iuſticia: ſi caſu/vbi ꝓuidētia: Qđ q̄rere ⁊ iueſtigare mlto maius eſt qꝫ inueſtigare oia ꝗ ſub ſole ſunt: Nam cauſe ⁊ rōnes hmōi inuiſibiles ſūt: illa vero viſibilia ſūt. Sed nōne ſup ſenſū hois ē cauſas ⁊ rōnes omniū ꝗ ſub ſole ſūt dephēdere intellectu: Cōſtat qꝛ ſic: Stultꝰ ꝗ fuit Eccl̄iaſtes ꝓponendo hec: Nō eni licet inueſtigari qđ nō licet ſciri: poteſt tñ ꝓponi qđ non pōt fieri. Sed qꝛ in his oibꝰ ꝗ foris apparēt nō pōt ꝑfecta veritatis cognitio vel q̄es mentꝫ inueniri: vidēs ſalomon impudētis deſiderij ardorē: ⁊ ſtulte curioſitatꝫ errorē qua ſe in cognitiōe rerū viſibiliū ſupuacue extēdit: et qꝛ ſuijpſius et creatoriſ cognitionē aut habitā negligit/aut nō habitā q̄rere diſſimulat/⁊ tāta rerū occupatiōe maiorē ſuis viribꝰ difficultatē repiens/ait: h Hāc occupationē peſſimā. i. ꝑ diuerſa ⁊ varia rerū genera animū cruciantē ⁊ ab interioribus retrahentē: i Dedit deꝰ filijs hominū. i. imitatoribꝰ hominū. i. carnaliū. i. carnalibꝰ hoibꝰ. i. ꝑmiſit hoies carnales ruere in hāc curā ſupfluā/vt cupiāt ſcire ꝗ nō valēt vel nō licet ꝓpter curioſitatē ſuā quā ſponte incurrert̄. Simile Ro. j. c. Cōmutauerūt v̄itatē dei in mēdaciū: ⁊ coluerūt ⁊ ſeruierūt creature potiꝰ qꝫ creatori: propterea tradidit illos deꝰ. i. tradi vel cadere ꝑmiſit ī paſſiōes igñinie. k Ut occuparent̄ in ea/nec ꝓficerēt: qꝛ quāto plꝰ inq̄rit̄ circa hāc v̄itas: tāto amplꝰ dubitat̄. In pena vero ṗmorū parētū q male ambierūt ſciam/quā diabolus ꝓmittebat/punita ē tota poſteritas eoꝝ occupatiōe curioſitatis: Que q̄dē mala eſt laborioſitate/peior fallacitate/peſſima inflatiōis culpabilitate. De q̄ đr. j. Corꝫ. viij. a. Scia inflat. Uel mala eſt malicia penalitatꝫ: que circa neceſſitatē vite p̄ſentꝫ verſat̄. De q̄ dicitur Matth. vj. d. Sufficit diei malicia ſua. Peior ē malicia dānoſitatꝫ: qꝛ a reꝝ ſalutariū ſtudio nos abducit. Peſſima ē malicia culpabilitatꝫ. Uel in h̄ qꝛ dicit occupatio peſſima/triplex innuitur eſſe occupatio. Prima mala: ſcđa peior: tertia peſſima. Prima ē neceſſitatꝫ: ꝗ cū ſit miſerie p̄ſenti neceſſaria/mala eſt ad miſeriā nō ad culpā: qꝛ etſi penā habeat a brūtudine alienā/culpā tñ nō habet iuſticie ꝯtriā. Scđa ē curioſitatꝫ: q̄ mēs humana inſtat ſcrutari/aut ꝗ ſcire nō ꝯuenit/aut ꝗ ſcire noxiū eſt. Tertia ē cupiditatꝫ: q̄ mēs humana in acq̄rendis ⁊ ꝯſeruandis tēpalibꝰ diſtēdit̄. Deſcribit̄ aūt occupatio a mḡro hugone de ſctō victore ſic: Occupatio ē diſtractio ⁊ illaq̄atio mētꝫ: ꝗ auertit ⁊ diſſipat ⁊ illaq̄at eā ne cogitare valeat ea ꝗ ſalutꝫ ſt̄. Curioſitas vero nihil aliđ ē qꝫ itellectꝰ humani libidinoſa ꝓſtitutio/paſſim quālibet veritatē amplexantꝫ ⁊ cū ea fornicantꝫ: vel vt verius dicat̄ adulterantꝫ: nā ṗma v̄itas ꝗ deꝰ ē/ſola ſpōſa ē itellectꝰ humani: Uñ illa ſola amplexāda ē velut ſpōſa: cetere ſic̄ ancille vl̄ famule ſt̄ habēde. Itē curioſitas ē fameſ ꝑualida: boliſmꝰ īſatiabilis v̄itatū: Propt̄ qđ đr đ curioſis: Famē patiēt̄ vt canes. Hieroꝰ dic̄ qꝛ theodocion ⁊ ſeptuagita ꝓ occupatiōe poſuert̄ ꝑitaman/qđ interꝑtat̄ diſtēſio: eo qꝛ in varias ſollicitudines mēs hois diſtēdat̄: ⁊ q̄nto plꝰ exteriꝰ diſtēdit̄: tāto amplꝰ iteriꝰ iuaneſcit. Symmachꝰ ponit liſaman: qđ iterꝑtat̄ occupatio. Aq̄la aman: qđ idē eſt. Moralit̄ aūt reph̄ēdit ſalomon h̄ curioſe ſcrutātes opa dei. De qbꝰ đr Ro. xij. a. Nō plꝰ ſape qꝫ oportet ſape: ſed ſape ad ſobrietatē. Eccꝫ. iij. c. In ſupuacuis rebꝰ noli ſcrutari multiplicit̄: ⁊ ī pluribꝰ opibꝰ eiꝰ nō eris curioſus: Plurima eni ſup ſenſū hoim oñſa ſt̄ tibi: mltos eni ſupplātauit ſuſpicio illoꝝ. i. ſurſū aſpectio: ⁊ ī vanitate ſenſꝰ eoꝝ deiecīunt. Gregꝰ. Fluuꝰ q̄ in mltos riuos diuidit̄/cito a ſuo alueo deſiccat̄. l Uidi/mētꝫ ītuitu: m Que fiūt cūcta ſub ſole. i. oia tēpalia. n Et ecce vniuerſa/ſūt/vanitaſ ⁊ afflictio ſpūs/dū diuerſis cogitatiōibꝰ rapit̄: ⁊ nuſqꝫ inuenit q̄etē. q. d. Eccl̄iaſteſ/experiēdo cognoui qꝛ vniuerſa tēpalia ſt̄ vanitas ⁊ afflictio ſpūs: Feci eni qđ potui ⁊ defeci: qñ ad oia ꝑſcrutāda me effudi: qm̄ ī tāta reꝝ mltitudīe et vim latētꝫ ꝓfūditate dū intellectꝰ ſpargi icipit: icipit ⁊ reuerberari/pōdꝰ tāti laboris ñ pōt ſuſtinere hois fragilitas: Iō h̄ vidēs eccl̄iaſteſ et ī ſe reuerſus cepit cogitare: ſtultū eē ⁊ vanū iſtarū reꝝ ſciētiā tā ꝑtinaci ſtudio hoiēȝ mortalē querere: ꝗ nō ſolū extra naturā eiꝰ ſūt facte: ſȝ nec ſaluti eiꝰ ſi ſciant̄ aliq̄d addere pñt: nec auferre aliq̄d ſi neſciant̄. Et h̄ eſt qꝛ dicit: l Uidi ꝗ fiunt ⁊c̄. i. ꝯſideratꝫ oibꝰ noui vanū eſſe qꝛ filij hoim occupētur hac peſſima occupatiōe. Sȝ q̄re nō vidēt hoies h̄: q̄re laborāt īanit̄ ⁊ nō ſentiūt afflictionē ſuā: Quia o Peruerſi difficile corrigūt̄: ⁊ ſtultoꝝ infinitꝰ ē numerꝰ: Quia ꝑuerſi ſūt/afflictionē ſuā nō ſentiunt: imo delectant̄ in ea/putantes ſibi bñ eſſe dū male ē: ponētes lucem tenebras/⁊ tenebras lucē: eſtimātes dulce amaꝝ/⁊ amaꝝ dulce: Eſa. v. e. Et delitiaſ reputāteſ ſb ſentibꝰ cruciari. Sūt aūt ⁊ auerſi ⁊ ꝑuerſi hmōi hoies. Auerſi a deo: ꝑuerſi ī ſemetipſis. Et auerſi nō

B

Ps. 58.

Moraliter

Job. 30. a.

facile ꝯuertunt: et ꝑuerſi difficile corrigunt: ⁊ ſtulto/
rū infinit⁹ ē numer⁹: q2 nō tot eſſent ſi corrigi potuiſſent.
In h̄ eni clare patet ꝙ difficilis ſit ꝑuerſoꝝ correctio: ꝙ infi/
nita ſit ſtultoꝝ mltitudo: ꝑuerſitas reddit ad correctionē dif/
Tēporalia torquent amatores ſuos ficiles: multitudo ſtultoꝝ ꝯtra veritatē audaces. Quāta aūt
ſit afflictio ſpūs circa
tēpalia/patet: Non
eni eſt gen⁹ tormenti
q̄ nō torq̄ant amato/
res ſuos. Primo eni
pauptate afficiūt/ſpi/
rituales diuitias aufe
rēdo: deinde fame va/
lidiſſima/⁊ ſiti peſſi/
ma torquēt/vt ⁊ terrā
eos comedere cogāt/

a merus. Locut⁹ ſum in corde
b meo/dicens: Ecce magnus
c effect⁹ ſum: et ꝓceſſi oēs ſa/
pientia q̄ fuerūt ante me i hie/
d e ruſalē: et mēs mea ꝯtēplata
f g eſt multa ſapient/et didici:

vt patet in auaris: ⁊ cenū ſordidiſſimū bibere cōpellāt/vt pa
tet in luxurioſis: deinde memoriā bñficioꝝ dei ⁊ ſuoꝝ maloꝝ
cognitionē auferūt ⁊ ꝓuidētiā futuroꝝ abſcindūt. Vñ Ezech.
xxiij.d. Naſum tuū ⁊ aures tuas ꝓcident: ⁊ que remāſerint
gladio cadent. Deniq3 ſuſpēdit eos inanis gloria ſic mutila/
ij.Reg.16.b. tos q̄ſi ad ſpectaculū/dū videri cupiūt ab hoīb⁹ q̄ tm̄ vident
ea q̄ parent. Poſtea iactantia excoriat/ira exurit/inuidia pu
trefacit. Vñ Prouer.xiiij.d. Putredo oſſiū inuidia. Triſti/
cia corrodit. Prouerb.xxv.c. Sicut tinea veſtimēto ⁊ ꝟmis
ligno: ita triſticia nocet cordi. Auaricia ꝟo ieiunijs/vigilijs/
afflictionib⁹ ⁊ laborib⁹ īnumeris torq̄t ⁊ diſtrahit: gaſtrimar
gia crepat: luxuria in luto cōculcat: ideo recte dixit vniuerſa
tpalia afflictionē ſpūs eē cauſalit: q̄ tot tormētꝪ amatores ſu/
os excruciāt. Qḋ aūt dicit/ vniuerſa vanitas: refert ad
breuitatē. Qḋ dr/⁊ afflictio ſpūs/refert ad miſeriaꝝ mlti/
tudinē. Vñ Job.xiiij.a. Hō nat⁹ ḋ muliere breui viuēs tpe/
ecce vanitas: Replet mltꝪ miſerijs/ecce afflictio ſpūs. Per/
uerſi aūt.i.penit⁹ auerſi ⁊ itellectu a ꝟitate ⁊ affectu a boni/
tate: iō difficile corrigūt: q2 nullꝪ ꝯſilijs acq̄eſcūt: ſic ſom
niantes ⁊ ebrij ⁊ mēte alienati: quib⁹ ſuaderi nō pōt qḋ iuſtū
eſt. Vñ Prouerb.xviij.a. Nō recipit ſtult⁹ verba prudētię/
niſi ea dixeris q̄ verſant i corde ſuo.i.nō credit eſſe vera niſi
ſomnia ⁊ delyramenta ſua. Eccꝉ.xxij.a. Cū dormiēte loq̄t: q̄
narrat ſtulto ſapiam. Stultoꝝ infinit⁹ eſt numerus: q2
Ps.138. nō ſūt numerati/ſic ſancti: De q̄b⁹ Ps. Dinumerabo eos et
Ps.39. ſup arenā mltiplicabūt. Et de malis dr in Ps. Mltiplicati
ſunt ſuper numerū. a Locut⁹ ſum i corde meo: q2 in
corde vidi: vñ ⁊ timui/ b Dicēs: ecce magn⁹ effect⁹
ſū/potētia ⁊ diuitijs. c Et ꝓceſſi oēs ſapia q̄ fuerūt
ante me i hieruſalē: q2 eo petēte ſapiam placuit deo ſer/
mo ei⁹. Vñ dixit ei: Ecce dedi tibi cor ſapiēſ ⁊ itelligēs itātū
vt null⁹ ante te ſimilis tui fuerit: nec poſt te ſurrectur⁹ ſit. iij.
Reg.iij.b. Dic aūt h̄ Interl. ſup h̄: Preceſſi oēs ſapia:
nō abraā/nō moyſen ⁊ ceteros: ſed q̄ fuerūt añ me i hieruſa/
lem. Sed ꝯtra: Sup illud Exo.vj.a. Nomē meū adonai nō
īdicaui eis: dicit Glo. Per ſucceſſiōes etatū creuit cognitio/
nis augmētū. Ergo pl⁹ cognouit ſalomon ꝙ abraā vel moy/
ſes. Itē dauid fuit ante ſalomonē in hieruſalē: ⁊ dauid ſapiē/
Ps.118. tior fuit ꝙ abraā vel moyſes. Vñ ipſe dicit: Sup ſenes intel/
lexi. Ergo a primo ſalomon ſapiētior fuit ꝙ abraā vel moy/
ſes. Sol. Nō dicit hic ꝙ ſalomon fuerit ſapiētior omib⁹ ho/
minib⁹ q̄ fuerūt: ſed tm̄ regib⁹ q̄ fuerūt in hieruſalē. Et h̄ dic
Interl. Sed nō ſoluit: q2 i originali expſſe dr/ꝙ ſalomon nō
fuit ſapiētior abrae vel moyſe. Ad id qḋ obijcit/dicendum/
ꝙ duplex ē ſapia.ſ.rerū ⁊ fidei. Sapia rez pōt dici ſalomon
ſapiētior omib⁹ homib⁹: ſicut dr.iij.Reg.iij. ſed ſapia fidei
nō fuit ſapiētior ꝙ abraam vel moyſes. Sequitur: d Et
mēs mea cōtemplata ē/oculis interiorib⁹: e Multa:
tempalia: f Sapient.i.ſubtili ⁊ mgrali inq̄ſitiōe: q̄ inq̄ri/
tur propter quid/⁊ cognoſcit ex cauſis ⁊ ex ꝓprijs. Vel ſapi/
enter dicit ſe ꝯtēplatū: q2 diuina reuelatiōe cognouit multa.
Sapia enim ei⁹ infuſa fuit/nō ſtudio acq̄ſita: et iō ſublimior
atq3 nobilior fuit/etiā demōſtratiuis ſciētijs. g Et didi/
ci: qḋ vtriq3 expoſitioni cōgruit: vtrūq3 eni dicit: hoc eſt cū

ꝑ ꝓpriā inq̄ſitionē ſciētia habet: et cū p infuſionē dat: Vñ
eni ꝓprio auget ſciētia humana. h Dediq3 cor meum
vt ſcirē prudētiā atq3 doctrinā. Recte dicit/dedi/nō
accōmodaui: q2 tps dandū eſt philoſophię: non accōmodā/
dū: vt dic Sen. Pōt aūt hec clauſula intelligi cū pmiſſis:

h dediq3 cor meum vt ſcirem
i prudētiā atq3 doctrinā: erro
k reſq3 et ſtulticiā. Et agnoui
ꝙ in his q̄3 eſſet labor ⁊ affli
l ctio ſpirit⁹: eo ꝙ in multa ſa/
pientia multa ſit indignatio:

vel inferri ex eis. q.d.
cū hec oia locut⁹ eēm
i corde meo: ex prece/
denti ꝯtemplatiōe fi/
duciā habens: dedi
cor meū/vt altiora
quererem ⁊ ꝓfundio/
ra inueſtigarem. ſ.vt
ſcirē prudentiam
atq3 doctrinam.
Prudētia refertur ad
naturas rerū: doctrina aūt ad mores hominū. Vel prudētia
ꝓprię inueſtigatiōis: doctrina alienę eruditiōis. Vel pruden/
tia de adminiſtrādis ⁊ agendis: doctrina de ſpeculādis ⁊ ꝯtē/
plādis. Et etiā dedi cor meū vt ſcirē/ i Erroreſq3 ⁊ ſtul/
ticiā. Errores ſectaꝝ ⁊ opinionū: ⁊ ſtulticiā vitę ⁊ actionū.
Vel errores philoſophātiū circa veritatē: ⁊ ſtulticiā laborā/
tiū circa voluptatē ⁊ vanitatē. Mgr hugo de ſctō victore di
cit/ꝙ erroreſ ⁊ ſtulticiā ſe voluiſſe ſcire teſtat eccliaſtes: nō vt
cognita vitaret: ſed vt de maloꝝ cognitiōe ſe extolleret ⁊ ali/
os de malo ope dānaret. Error aūt ē cū p ignorātiā malū cō
mittit: Stulticia ꝟo ē cū malū cognitū nō vitat. Quia ꝟo cu
rioſitaſ eū ad inq̄ſitionē hmōi cōpellebat/⁊ ſupbia ad oſtati/
onē: dignū fuit vt tumidū labor pmeret ⁊ curioſū diſſiparet:
Vñ ſeq̄t: k Et agnoui ꝙ i his q̄3 eēt labor ⁊ affli
ctio ſpūs.i.labor van⁹ ⁊ iutilis: Labor eni vtilis nō affligit
ſpm̄ ſed reficit. Vñ Hiero⁹ ꝓ h̄ ponit. Et cognoui q2 ⁊ h̄ eſt
paſtio venti ſiue ꝓſumptio ſpūs. Sz quō cognouit h̄ eccliaſ/
ſtes: Nō ſciētia/ſz ꝓpria expiētia: Omis eni vent⁹ ſiue ꝓās
abuſione ſua laborat ⁊ affligit/debilitat ⁊ deficit: debito ꝟo
vſu ſuo ꝯfortat delectat ⁊ creſcit. Verbi grā. Si q̄s intorq̄/
at virtutē opandi q̄ eſt i manib⁹/ad ambulādū: aut virtutem
ambulādi q̄ eſt in pedib⁹/ad operandū: vtranq3 debilitat ab
vſu ſuo: ⁊ abuſiuo labore cogit deficere: Sic q̄ mētē huma/
nā ad inq̄rēda vel acq̄rēda aliena ab eis ad q̄ nata ſūt intor/
quet abuſiuo labore/affligit. Aliā vero cauſā ſubiungit Ec/
cleſiaſtes/dicēs: l Eo ꝙ i multa ſapia multa ſit in/
dignatio: Iuxta litterā.i.inflatio elatiōis.j.Corꝉ.viij.a.
Sciētia iflat: Vñ plerūq3 ſimultates ⁊ odia/ꝯflictiōes ⁊ pu
gnę verboꝝ de tumore ſciētię oriunt: Indignant eni hmōi
q̄n ſibi ꝯdicit: et multę lrę faciūt eos inſanire: ſicut dixit feſt⁹
paulo: Actꝉ.xxvj.f. Moralit: vbi multa ſapientia multa Moraliter
indignatio: quia quāto quis plus ſapientiā de diuinis aſſeq̄/
tur: tāto ampli⁹ vitijs indignat. Itē p ſapiā aię ſua nobili/
tas inoteſcit: Vñ quāto maior ē ſapia: tāto magis indignat
aīa ſe in his inferiorib⁹ occūpari q̄ ea minus digna ſūt. Vel
alit: l In multa ſapia multa ē indignatio.i.abo/
minatio cordis nauſeant. Multi eni ſcholares q̄ in audiēdo
ſacrā ſcripturā ſenuerūt/faſtidiūt ipſa ſacra eloq̄a/et motu i/
dignatiōis q̄ nauſea dr vl abominatio/mouent in illa/dicen/
tes: trita ⁊ leuia ſūt iſta: ſicut quondā dixerūt filij iſrl faſtidi/
entes māna. Numeri.xxj.b. Deeſt panis: nō ſūt aq̄: aīa nr̄a
nauſeat ſup cibo leuiſſimo. Et i Ps. Oēm eſcā abominata ē Ps.106.
aīa eoꝝ. Itē vbi ē/multa ſapia.i.multa virt⁹ ſaporādi res
ꝓut ſūt: ibi/multa idiguatio/et abomiatio atq3 vomitus
ſpūaliū ſpurcitiarū.i.pctōꝝ. Sicut eni palatū corpale/cor/
porales ſpurcitię inficiūt ⁊ ab ipſo abijciunt: nec ſtomachus
corpalis ſan⁹ eaſdē retinet/ſed toto indignatiōis impetu re/
uomit: ſic ſpūalis ſtomach⁹ ſi ſan⁹ ē/ſpūales ſpurcitias tota
feſtinatiōe p ꝯfeſſionē reijcit. Et ſicut accidit q̄buſdam ſolo
ſpurcitiaꝝ aſpectu pati ſtomachi indignationē/ ita ꝙ mouē/
tur ad nauſeā: ita neceſſe eſt eos q̄ multa hmōi ſapia ꝓditi
ſūt/multꝪ vndiq3 ⁊ vbiq3 idignatiōib⁹ ꝓuocari/dū in medio
ſpurcitiarū ꝟſant.i.delitiarū ⁊ diuitiarū tpaliū: que ꝟm apo
ſtolū/ſtercora ſūt: Philꝉ.iij.b. Modis igit oīb⁹ verū eſt: vbi
multa ſapia/ibi multa

multa ſapiẽtia: ibi multa idignatio ſpũalis ſtomachi nauſeantis. Uel ſi accipitur indignatio pro ira: vbi eſt multa ſapientia .i. rerũ diuinarũ multa cognitio ⁊ viuendi bene multa peritia (Utrũqꝫ enĩ iſtorum continet ſapia) neceſſe eſt vt ibi ſit multa indignatio: id eſt multa ira: primo in noſipſos: deinde i hoſtes ſeuiſſimos vite noſtre: id eſt in vitia ⁊ demones qui inceſſanter nos ꝓuocant ad peccm̃. Sequitur: a ¶Et q̃ addit ſciẽtiam: addit ⁊ dolorem. Sciẽtia proprie accipit̃ h̃ pro cognitione boni ⁊ mali. De qua dicit Augꝰ. in lib. de doc. chri. ꝙ facit hominẽ nõ foris ſe iactantẽ / ſed interius lamentantẽ. Hac creſcẽte creſcit cognitio mali: et ita neceſſario / qui addit ſcientiã / ſiue homo ſiue deus: addit ⁊ dolorem / de malo cognito. Scit enĩ ꝙ potẽtes potent̃ tormenta patient̃: Sap. vj. a. Et cui plus cõmittit̃ / plus ab eo exigitur: Luc. xij. f. Et etiam quãto plus quis cognoſcit peccatum ſuũ vel proximi: tanto plus tenetur dolere / ⁊ de ꝯuerſione gaudere. Unde apl̃s. ij. Cor. ij. a. Si ego ꝯtriſto vos: ⁊ quis eſt q̃ me letificet / niſi qui contriſtat̃ ex me. i. iuxta meam voluntatem ꝯuertendo ſe. ſ. a peccato.

II. labore | A | pe. diſ. 3. c. ...

a Et qui addit ſcientiã: addit ⁊ dolorẽ. ¶Capi. II

b Dixi ego in corde meo: c Uadam et affluam d delitijs: et fruar bonis. e Et vidi ꝙ hoc q̃ꝫ eſſet f vanitas: g Riſũ reputaui errorem: h et gaudio dixi: quid i fruſtra deciperis? Cogitaui i corde meo abſtrahẽ a vino

¶Expoſitio Capi. II.

Dixi ego ⁊c. Dixerat. ſ. Eccleſiaſtes: Dedi cor meũ vt ſcirem prudentiã ⁊ doctrinam. i. vt haberẽ ſciẽtiam ad docendũ / nõ ad viuendũ: in quo curioſitas et vanitas manifeſte apparet. Sed qꝛ in his nil niſi laborẽ ⁊ afflictionem inuenit: id q̃ſi accidiatus ⁊ fatigatus labore / ſcientiã ſpernens / ad delitias ⁊ voluptates ſe ꝯuertit. Et ecce q̃liter deſperata mens ſe totã in voluptatẽ proijcit ⁊ carnis blãdimẽta ſola bona reputat. Sed etiã in hoc vanitatẽ reperit: quia preterita voluptas p̃ſenter non delectat / ⁊ exhauſta nõ ſatiat: Nec ſolũ corꝑalis voluptas ſiue leticia tẽptatio ẽ poſſidenti / ſed etiã ſpũalis: ita vt ſtimulo corripiẽte ⁊ angelo ſathane indigeat: qui colaphizet eã ne eleuetur: Sic dic̃ paulꝰ de ſe. ij. Cor. xij. b. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datꝰ eſt mihi ſtimulꝰ ⁊c. Loquit̃ aũt hic ſalomon modo cõcionatoris / ſententiã vulgi in ſe ſuſcipiẽs: ⁊ falſam poſtea oſtendẽs. b ¶Dixi ergo in corde meo: viſo labore ⁊ afflictiõe q̃ eſt in acq̃ſitiõe ſciẽtie: c ¶Uadã ⁊ affluã delitijs / carnalibꝰ d ¶Et fruar bonis / p̃ſentibꝰ: qd̕ eſt amplexari arcã pro p̃cio: munuſculũ pro amico: gaudiola pro amaſio: veſtigia ꝓ ceruo: phantaſma ꝓ re: vmbrã pro corꝑe: viam pro fine: intuiꝰ vaniſſimos pro ſũma veritate: ſtillas tenuiſſimas ꝓ ſuauitat̃ abyſſo. Deniqꝫ cũ frui ſit iherere amore alicui rei ꝓpt̃ ſe / ſicut docet Augꝰ. in p̃mo li. de doc. chri. idem eſt dicere: Fruar bonis. i. inherebo dei veſtigijs: oĩno non curans de ipſo: qd̕ faciũt amatores terrenoꝝ: de qbꝰ

Ps. 71. dicit̃: Et inimici eius terrã lingẽt: ꝓpter tenuiſſimã aſperſurã ſuauitat̃ quã habet exteriꝰ: ſed ſi morderẽt fortit̃ / ſentirẽt interiꝰ punctionẽ ⁊ amaritudinẽ infinitã: Sed malũt lambẽdo maiorẽ famẽ hmõi voluptat̃ iſatiabilis ꝓuocare: q̃ꝫ torrẽte ſumme voluptat̃ ad plenũ potari. Signant̃ aũt dixit: Ua

II. amore dam ⁊ affluam delitijs / q̃ſi reſolutus calore carũ: quia maloꝝ eſt abire: bonorũ ꝟo venire: ſicut notat̃ Matth. xxv. Ite maledicti ⁊c. Uenite benedicti ⁊c. Sequitur: e ¶Et vidi ꝙ hoc quoqꝫ eſſet vanitas / affectus: prior autem fuit vanitas intellectꝰ. f ¶Riſumqꝫ. i. tempalem leticiam. g ¶Reputaui errorem. Unde Luc. vj. d. Ue qui ridetis nũc: quia lugebitis. h ¶Et gaudio / tempali / dixi: quid fruſtra deciperis? Gaudio. i. gaudẽti. Nõ enĩ dirigebat ſermonẽ Eccliaſtes ad gaudiũ ſed ad gaudentẽ. Cõtra gaudiũ bene dicit / deciperis: quia non eſt gaudiũ pro gaudio amplectens: non eſt ꝯiunctio ꝯuenientis cum ꝯueniente / neqꝫ perceptio rei naturalis ꝯueniens virtuti apprehẽdenti: ergo non eſt gaudiũ a diffinitiõe: ſed potius triſticia. Preterea nõ eſt res / ſed ſomniũ ⁊ phantaſma. Itẽ ſi eſſet verũ gaudiũ / nõ eſſet tuũ ſed aſini tui. Diſtat autẽ inter riſum ⁊ gaudiũ: quia gaudiũ eſt intrinſeca mentis leticia: Riſus vero eſt interiꝰ leticie preconcepte ruptis clauſtris modeſtie forinſeca quedã proditio. Et ſciendũ ꝙ ſpirituale gaudiũ nequaqꝫ animũ ad riſum diſſoluit: illa vero leticia que a carnis blandimẽto concipitur / per carnis motum facile aperit̃: Nam q̃ primum ad animũ ingrediẽs mẽtem inordinate diſſoluit: eadem poſtmodũ via q̃ illapſa eſt cũ retrorſum creſcere cepe rit ſine modeſtia facile erũpit. Unde mgr̃ hugo de ſancto victore. Lubrica mens ſemen peruerſum qd̕ primũ ſine modeſtia concipit: q̃ſi ꝑturiens poſtmodũ ſine pudicitia effundit. Primo autẽ decipit̃ / quãdo blãdimẽtis mũdi illecebras intus ad gaudiũ ſuſcipit: poſtea errat / quando conceptũ intus gaudiũ ad laſciuiã per riſum effundit. Gaudiũ ꝟo tm̃ arguitur: riſus vero oĩno reprobat̃: quia riſus oĩno malus eſt: gaudiũ vero nõ malũ eſt. Et hoc eſt qd̕ dicit: Riſum reputaui errorẽ: quia cum mens inepte gaudium ſuũ foras fundit / q̃ſi ad ſiniſtram pergens rectũ iter quo in deũ gaudẽdo ꝑgere debuerat / dereliquit. h ¶Et gaudio dixi: q̃d fruſtra decipis: delectando in noxijs / ⁊ putando tibi bene eſſe cũ male ſit? Fruſtra ꝟo dicit: quia p̃ſens delectatio a ꝯſideratione futuroꝝ cor auertere poteſt: ſed a preſſura ſuperueniẽtiũ malorum liberare non poteſt. Uel fruſtra decipi dicit̃ humanũ gaudiũ: quia fallacis boni gaudia tantis amaritudinibꝰ admixta ſũt vt iure diſplicere debeant: etiam ſi debeant ſemper manere: et ita vtrobiqꝫ decipit̃ mens humana: et cũ. ſ. malũ nõ videt qd̕ patitur: et cum nõ ꝓuidet malum qd̕ patiet̃. Alia tranſlatio expreſſius dicit: Riſum reputaui amentiam: et iocunditati dixi: q̃d hoc facis. i. quid i his trãſitorijs delectaris: ⁊ ꝑpetuũ putas qd̕ velut vmbra fugit? Quicq̃d i mũdo amat̃ / carcer anime eſt: vbi anima miſeri amatoris vinculo amoris recluſa tenet̃ atqꝫ ligata. Et ideo hmõi riſus eſt riſus de carcere ⁊ vinculis: ꝓpter qd̕ dicit̃ amentia. Item riſus de honore mũdi riſus eſt de illuſione ⁊ ludibrio. Oĩs enĩ purpura illuſio eſt poſtq̃ꝫ dño chriſto ieſu in purpura eſt illuſum. Eodem modo oĩs corona ⁊ omne ſceptrũ. De hoc dic̃ Augꝰ. Riſus eoꝝ / riſus eſt phreneticoꝝ. Et alibi: Sapiẽtes malũt ſe hr̃e ſanos ⁊ plangẽtes q̃ꝫ phreneticos ridẽtes. Ecõuerſo ſtultꝰ mauult eſſe phreneticus ridens: q̃ꝫ ſapiens plangens. Preterea: q̃ põt maior amẽtia cogitari q̃ꝫ riſum aſini ſui ſuũ deputare: ⁊ qꝛ ridet aſinꝰ ſuus / ideo credere ſe ridere? Et h̃ accidit oĩbꝰ de iſtis tranſitorijs ridẽtibꝰ. Nõ enĩ ridet cor eoꝝ / nec rident ipſi: ſed ridet aſinꝰ eoꝝ. i. caro. Ecõtrario cor ſapientũ gaudet / ſed aſinus luget. Joh. xvj. e. Uos q̃dẽ nũc triſticiã habetis. i. aſinꝰ veſter: iterũ autẽ videbo vos: et gaudebit cor veſtrum. Et iſtud eſt verum gaudium. Unde Eccl. xxx. c. Non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. Prouerb. xiiij. b. Cor qd̕ nouit amaritudinẽ anime ſue: in gaudio eius nõ miſcebit̃ extraneus. Sequit̃: i ¶Cogitaui in corde meo abſtrahere a vino / in q̃ eſt luxuria: k Carnem meã. Et ad

¶Moralit̃: i ¶Cogitaui i corde meo abſtrahere a vino ⁊c. Uinũ ẽ corꝑal̃ iocũditas: q̃ potatores ſuos ſup vino iebriat. Unde Hiere. lj. a. Calix aureꝰ babylonis i manu dñi inebriãs oẽm t̃rã: d̕ vino eiꝰ biberũt oẽs gẽtes ⁊ inde cõmote ſũt. Ab iſto vino cogitauit eccleſiaſtes abſtrahere carnẽ ſuã / ⁊ bibere aquã anguſtie ſiue penitẽtie: ⁊ comedere panẽ tribulationis: vt ſic trãſferre poſſet animũ ſuũ ad ſapientiã: Sciẽs illud Eſa. xxviij. e. eſſe verũ. Sola vexatio tm̃mõ dabit itellectũ auditui. Et illud Hiere. vj. b. ſcḋm aliã trãſlationẽ. Per oẽ flagellũ ⁊ dolorẽ erudieris hierlm̃. Et Eccl. xxij. a. Flagella ⁊ doctrina i oĩ tp̃e ſapia. Propterea dr̃ Job. xxviij. b. ꝙ ſapiẽtia nõ inuenit̃ in terra ſuauit̃ viuẽtiũ. Merito ḡ eccliaſtes viſo ꝙ riſus ſit error ⁊ gaudiũ mũdi deceptio: dic̃: Cogitaui i corde meo abſtrahẽ a vino / mũdane iocunditatis: Moraliter

a Carnem meã: Et ad quid hoc? b Ut animũ meum tranſferrem ad ſapientiam: Non enĩ ſimul eſſe poſſũt ſapiẽtia ⁊ ebrietas. Unde Prouerb.xx.a. Luxurioſa res vinum/et tumultuoſa ebrietas: quicũq; his delectatur non erit ſapiens. Oſee.iiij.c. Fornicatio ⁊ vinũ ⁊ ebrietas aufert cor. Johel.j.b. Flete et vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine/qm̃ periit ab ore vr̃o. Hiero. Nihil adeo obruit intelligentiã vt comeſatio ⁊ ebrietas. Itẽ Hiero. Uenter pinguis nil celeſte/nil tenue cogitare poteſt. Dicit enim quidam phs: q̃ anima cibis ⁊ potibus velut ſpeculum incraſſatur/intãtũ vt in ea relucere ad liquidum non poſſunt rerum imagines.

a carnem meam: vt animũ me-
b um transferrẽ ad ſapientiã:
c deuitaremq; ſtulticiam do-
nec viderem quid eſſet vtile
e f filijs hominũ: quo facto op⁹
eſt ſub ſole numero dierũ vi-
g te ſue. Magnificaui opera
h i mea. Edificaui mihi domos:

Moraliter * a Carnem meam vt animũ trãſferrẽ ad ſapientiã acquirendam. c Deuitaremq; ſtulticiam: que eſt cecitas/vel excecat: qđ fit cũ om̃es cordis conatus ſub rationis moderamine cohibentur ad ſpeculandũ veritatem. d Donec viderez quid eſſet vtile filijs hominũ: qđ videre non poſſunt niſi qui iam de tenebris ſtulticie in lucem ſapientie eruperunt. e Quo facto: id eſt in quo facto/vt ſcilicet viderem quid vtile eſt filijs hominum: f Opus eſt ſub ſole numero dierum vite ſue: id eſt q̃diu durat hominũ vita.q.d.ad hoc qđ ꝓpoſui neceſſaria eſt tota vita hominis/vt nec alibi cogitetur: Qui eñ cor ſuum alibi colligũt ⁊ alibi diſpergunt: hi veritatẽ inuenire nõ poſſũt: quia id qđ

Aggei.1.b. alibi de veritate lucrari videbantur/alibi perdũt. Hi enĩ cõgregant mercedes ⁊ mittunt in ſacculum ꝑtuſum. Si enim ꝑ ſimoniã cor colligis ⁊ ꝑ auariciã diſpergis/ qđ ꝓdeſt? Quid confert ſi gulam ſtringens per continentiã voluptatis collegiſti cor tuũ/et oculos aperiẽs per ambitionẽ diſperſiſti? Intraſti a te ⁊ exiuiſti a te/⁊ ideo foris es: ſi aũt foris es vbicũq; es/cũ veritate nõ es: quia veritas intus eſt. Magiſter hugo de ſancto victore. Quare tamdiu q̃ris veritatẽ ⁊ nõ iuenis: niſi quia queris vbi non eſt qđ queris: Foris enim queris: ⁊

Gen.3.b. qđ queris intus eſt. Propterea querit dñs: Adã vbi es? Nõ enim requiem inuenire poteris vbi es: quia ibi veritas non ẽ vbi es. Sub vmbra/ſub folijs latitas: quia fructũ ꝑdidiſti. Species rerum viſibiliũ vmbra eſt/⁊ tu animaz tuam in eis effudiſti/⁊ abſcondiſti te ſub folijs vt lateres. Sed quõ lucez queris tenebras intrans: ⁊ in fructu vanitatẽ conſpexiſti: ⁊ in folijs veritatẽ eſſe putas? Si terrena oĩa vana ſunt ad fruendum: quõ nõ ſunt ad videndũ vaniora? Uideamus ergo noſtrum adam vetera ſtudia renouantẽ/⁊ tranſfugam veritatis vmbram ⁊ latebras ⁊ tegmina folioꝝ requirentem. Uideamus quid facit: vidit cibum ⁊ contemplat⁹ eſt/quoniã delectabilis ẽ ad vidẽdũ ⁊ ſuauis ad veſcẽdũ: et aperuit fauces ⁊ ait: Uadam ⁊ affluam delitijs ⁊ fruar bonis. Et ecce poſt tergũ

Gen.3.b. eius clamat veritas: Adam vbi es? Ille ṽo audiens vocem eius et cõuictus a veritate intus clamante/negare non potuit veritatẽ ⁊ ait: Audiui dñe vocẽ tuã ⁊ vidi q̃z q̃ hoc eẽt vanitas: et ideo riſum reputaui errorẽ et gaudio dixi: q̃d fruſtra deciperis? Uel ſic lege litterã. e Quo facto: id ẽ ĩ quo facto vtile filijs hominũ: f Opus eſt ſub ſole numero dierum vite ſue.i.ad hoc q̃ filij hoim habeãt qđ vtile eſt eis: op⁹ habẽt laborare tota vita ſua q̃ viuũt ſub ſole vbi mereri ⁊ demereri poſſunt. Uel ſic: f Opus eſt numero dierum vite ſue.i.opus ẽ vt vita ſua numerũ habeat dierum: id eſt q̃ dies vite ſue boni ſint: ſoli enim boni digni ſunt

S.1.d. numero ⁊ non mali. Stultorum enim infinitus eſt numerus.

Ps.39. Et Ps. Multiplicati ſunt ſuper numerũ: qui oderũt me/dicit dñs.

Gen.25.a. De abraam ṽo legitur q̃ mortuus eſt ſenex ⁊ plenus dierum. Sequit. g Magnificaui opera mea. Hoc

Ad litterã duplicĩter legitur litteraliter et myſtice. Litteraliter ſub perſona curioſorum. Myſtice ſub perſona chriſti: qui eſt verus ſalomon. Et agitur hic ſm priorem expoſitionem de ſecunda vanitate affectus: que eſt ꝯcupiſcẽtia oculorum: qua homo cupidus laborat in diuitijs tempalib⁹ ꝯgregãdis ⁊ multiplicãdis: Et tales laborãt apprehendere vmbrã/ventũ/mẽdacium. Eccĩ.xxxiiij.a. Quaſi qui apprehẽdit vmbrã ⁊ ventũ ꝑſequitur: ſic qui intendit ad viſa mendacia. Hiere.viij.b Apprehenderũt mendaciũ ⁊ noluerunt reuerti. Dicit ergo: g Magnificaui opera mea: Et que ſint illa opera oſtẽdit: b Edificaui mihi domos/ruituras: et plures/cum vna ſufficeret. Ideo ve tibi. Eſa.v.c.

Myſtice Myſtice g Magnificaui opera mea. Secũdario deſcribitur hic domus regum ⁊ gloria veri ſalomonis: id eſt chriſti: q̃q̃ ab intentione antecedentiũ ⁊ ſequẽtiũ multũ longe videat̃ eſſe: ſed quia moris eſt ſcripture hoc modo myſtica inſerere/myſterium ꝓſequamur. Dicit ergo verus ſalomon: id ẽ chriſtus dñs: g Magnificaui opera mea: id eſt paruulos qui ſub pedagogo legis fuerãt: ⁊ ſub elementis mũdi hui⁹ legi ſeruierãt: vt legit̃ Gal.iij.d.et.iiij.a.magnos feci: id ẽ ſuos timore pene ⁊ mercede tẽporaliũ ſeruientes/feci filios ⁊ heredes. Uel/ g Magnificaui opera mea/extẽdẽs electos q̃ ſunt opa mea/ad magna ſperãda et grauia ſuſtinẽda. Uel/ g Magnificaui opa mea: id eſt magnifice ⁊ mirabiliter ea feci. Uñ Abacuk.iij.a. Domine conſideraui opera tua ⁊ expaui. b Edificaui mihi: id eſt ad honorẽ meum ⁊ vtilitatem meorum: i Domos: exteriores/ſcilicet bonos ſeculares: ⁊ interiores/bonos clauſtrales. De quo.iij.Regl.vj.b. Fecit ſalomon interiorẽ domũ oraculi in ſanctũſanctorũ. Sanctũ dicitur cetus bonorũ ſeculariũ ⁊ velut nauis eccleſie: Sanctum vero ſanctoꝝ ⁊ velut chorus ſiue cancellũ eccleſie/ dicitur cetus ſiue chor⁹ bonorum clauſtraliũ. Et iſte due domus vna domus ſũt: quia vna ẽ colũba mea: Cantl.vj.c. Unde Prouerb.ix.a. Sapientia edificauit ſibi domũ ⁊ excidit in ea columnas ſeptem. Uel ſic: b Edificaui mihi domos/in ciuitate eccleſie: * id eſt varios eccleſiarũ

Moraliter Moralit̃: In ꝑſona cuiuſlibet iuſti vel prelati: g Magnificaui opera mea ⁊c̃. Opera noſtra magnificãda ſũt vt habeant ſublimitatẽ recte intentiõis/vt ſcilicet ꝓ honore dei fiant: et latitudinem charitatis/vt pro edificatiõe proximi fiant: et profunditatẽ humilitatis/vt inde non ſuperbiamus. Breuiter ergo altitudinẽ debẽt habere/vt ad deuz eleuent̃ ſupra nos: Latitudinẽ/vt ad ꝓximũ dilatẽt̃ iuxta nos: Profunditatẽ/vt lateãt infra nos. De altitudie dicit̃ Mat.v.b. Sic luceant opera veſtra coram hominib⁹ vt glorificẽt patrem veſtrum qui in celis eſt. Et.j.Corl.x.g. Siue manducatis ſiue bibitis ſiue aliud quid facitl: oĩa in gloriam dei facite. De longitudine ibidem dicitur: Sine offenſione eſtote iudeis ⁊ gentibus ⁊ eccleſie dei: ſicut ⁊ ego per omnia omnibus placeo: non querens quid mihi vtile eſt: ſed qđ multis vt ſalui fiant. De profunditate dicitur Eccĩ.x.d. Noli te extollere ĩ faciẽdo ope tuo. Luc.xvij.c. Cũ oĩa bñ feceritl: dicite ſerui ĩutiles ſum⁹: qđ debuim⁹ facere fecim⁹. Ue ergo illis qui mutilãt opa ſua auferẽtes eis altitudinẽ eleuatiõis ad deum. Contra quos dicit̃ Oſee.v.a. Uictimas declinaſtis in ꝓfundũ. Et Ps. Oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. Ps.16. Latitudinẽ fratrũ vtilitatl auferũt: q̃ tm̃ que ſua ſũt q̃runt. Cõtra quos dr̃.j.Corl.x.f. Nemo qđ ſuũ eſt q̃rat ſ; qđ alteri⁹. Auferũt aũt ꝓfunditatẽ ꝓprie humilitatl: q̃ de bonis que faciunt intumeſcũt. Cõtra quos dicitur Eſa.xvj.b. Audiuim⁹ ſupbiã moab: ſupb⁹ eſt valde: ſupbia ei⁹ ⁊ arrogãtia ei⁹ et ĩdignatio ei⁹ plus q̃ fortitudo ei⁹: idcirco vlulabit moab. Eccĩ.x.b. Quid ſupbis t̃ra ⁊ cinis? Sequit̃: b Edificaui mihi domos/nõ alijs. Hoc eſt ꝯtra ꝑlatos nr̃i tpis: q̃ quidẽ domos.i.eccl̃ias edificãt: ſ; nõ ſibi: q̃ ĩ eis nõ habitãt ſ; ĩ curijs ⁊ litib⁹ vagãtes/ĩcidẽtes ĩ illã maledictionẽ dei q̃ legit̃ Deut.xxviij.c. Domũ edifices ⁊ ñ habites ĩ ea. Dicitur etiã h̃ ꝯ carnales ꝑlatos: q̃ ñ domos ſ; tuguria edificãt piſcib⁹ * et paſſerib⁹: nõ enim

☞ Eſa.v.c. Ve qui cõiūgitiſ domū ad domū. Hiere.xxij.d. Ve qui ędificat domū ſuam in iniuſticia: ⁊ cęnacula ſua non in iudicio. a Plantaui vineas/ quaſi non ſufficerent plantatę ab alijs. b Feci hortos/ nouos ad ſpaciandum. c Et pomeria: id eſt viridaria. d Et cõſeui ea cuncti generis arboribus: qꝛ varietas delectabilꝭ ē. e Et extruxi mihi piſcinaſ aq̃rū.i.ſtagna aq̃rū. f Vt irrigarē ſiluā lignorum germinãtiū.i.arborꝝ fructiferarꝝ. b Poſſedi ſuoſ ⁊ ãcillaſ: ☞ multãqꝫ familiam

a plãtaui vineas: fēci hortos ⁊ pōmeria ⁊ ꝯſeūi ea cũcti generꝭ arborib⁹: ⁊ ēxtruxi f mihi piſcinas aq̃rū vt irrigārē ſiluā lignoꝝ germinãtiū. h Pōſſedi ſeruos ⁊ ancillas

✻ id eſt varios eccleſiarum conuentus: ⁊ vicos in ea conſtitui: ſcilicet ordines diuerſarū profeſſionū: vt vnus vicus ſit ordo ciſtercientium/ alius auguſtinenſiū: ⁊ ſic de alijs. De hoc dicit Pſ. Hieruſalem que ędificat̃ vt ciuitas ⁊c. a Plã-
Ps.121. taui vineas: id eſt diuerſas electorum ꝯgregatiões: quoꝝ quidam ferunt vinum compunctiōis: alij vinum compaſſionis: alij vinum deuotionis: alij vinū iocunditatis: qd lętificat cor hominis.
Ps.103. Eadem eſt enim vinorum ſpiritualiū varietas/ quę et lachrymarum: Nam et ipſę lachrymę vinum ſpi-
Ps.59. rituale ſunt: Iuxta illud: Potaſti nos vino compunctionis. Vineas/ vero dicit pluralit̃: ꝓpter hãc vinoꝝ varietatē: cū tñ ſit vna vinea dñi: vt dicit̃ Eſa.v.b. Vinea dñi ſabaoth domus iſrael ē. Sed qꝛ hęc vinea cõuerſa eſt dño in amaritudinem: ſicut dicit̃ Hiere.ij.d. Quō conuerſa es mihi in prauā vinea alienā? Iō plãtauit plures vineas particulares in gentibus: De quib⁹ Cant.j.b. Poſuerūt me cuſtodē in vineis: vineam meam non cuſtodiui. b Feci hortos: id eſt cōuentus infirmorum: qui aquis cenoſis non cęleſtibus: id eſt terrenis cogitationibus ⁊ carnalibus adhuc affectionib⁹ nōdum ſpūalibus irrigantur. Hi ſunt horti olerum: Olera enī cibus ſunt infirmorum. Vnde Roma.xiiij.a. Qui infirmus eſt olus manducet. Talem hortum volebat facere achab de vinea naboth: id eſt chriſti.iij.Reg.xxj.a. Locut⁹ eſt achab ad naboth dicens: Da mihi vineam tuam vt faciam mihi hortum olerum: quia vicina ē ⁊ prope domū meā. c Et pomeria: id eſt conuentus fortium alte radicatorū/ fructus bonorum operum ⁊ bene redolentium ad cęlum leuantiū: tñ fructus ferentium cõmunes: quia de arboribus aromaticis nulla fit hic mentio ſpecialis niſi in genere. Vnde ſequitur/ d Et conſeui ea cuncti generis arboribus: qd refertur ad varietatem nationum: de quibus omnibus aliquid habet eccleſia: vel ad varietatem gratiarū: vel ad diuerſa genera hominum tam bona q̃ꝫ mala. Habet enī eccleſia vlmos id eſt ſteriles bonis operib⁹: ſed tñ vites aliquãdo ſuſtentãt: Habet ⁊ ſpinam/ ſcilicet detractores ad cuſtodiaꝫ pomerij: Habet et myrrham pęnitentiū: habet ⁊ cedrum contemplãtium: habet ⁊ pomū prędicatorum: de quibus Iob.ix.d. Dies mei tranſierūt velut naues poma portanteſ: Et ita pomerium eccleſię habet omnia genera arborum ad diuerſos vſus: et omnia propter electos. Sequitur: e Et extruxi mihi piſcinas aquarum: id eſt varias congregationes doctrinarum lachrymarum ſiue opulentias diuitiarum terrenarum. f Vt irrigarem ſiluam lignorum germinantium: id eſt congregationes hominum īmundorū ⁊ infructuoſorum: qui tñ ſcientijs lucratiuis ⁊ opulētijs terrenis irrigati fructificant porcis. Silua enim eſt collectio arborū: quę non fructificant/ vel ſolis porcis fructificant: Sic exponit Hiero⁹ in malo. Vel ī bono: e Extruxi mihi piſcinas aquarum: id eſt duplicem piſcinam: inferiorem et ſuperiorem. Inferior eſt vetus teſtamentum: ſuperior eſt nouum teſtamentum. His piſcinis horti eccleſię quaſi pluuijs cęleſtibus irrigantur. Vnde Deut.xj.b. Terra ad quam ingredieris poſſidendam non ē ſicut terra ęgypti de qua exiſti: vbi iacto ſemine hortorum more aquę ducuntur irriguę: ſed montuoſa eſt.i. in monte virtutū ſita: expectans pluuiam doctrinę ⁊ gratię de cęlo: id eſt a chriſto. f Vt irrigarem: rore doctrinę cęleſtis: g Siluam lignorū germinãtium: id eſt homīes infructuoſos et tortuoſos rectificarē/ et fructuoſos efficerem. h Poſſedi ſeruos: id eſt homīes timore ſeruientes: tamē ſpiritualia deſiderãtes: i Et ancillas: id ē aīas corporis curę deditas. Vel/ ſeruos.i.maiores: et ancillas: id ē minores. Vel ſerui ſalomonis/ ſūt p̃dicatores: qui toti eccleſię ſeruiunt. Hi ſunt pincernę qui ꝓpinant ſponſo et ſponſę vinū ſacrę doctrinę: de quibus dicit̃.iij.Reg.x.a. ꝙ vnius veſtis ornamento erant induti: quos videns regina ſaba: non vltra habuit ſpiritū: quia eccleſia de gentibus vidēs apoſtolos et ſequaces eorū idē p̃dicantes/ ⁊ idem operantes: non habuit ✻ vltra fiduciam in doctrina

✻ et paſſerib⁹. Nō eñ ex cedris q̃dris ⁊ altꝭ eccl'ias ſuas ędificãt.i. virꝭ honeſtate vitę et ſublimitate ſcię altos: ſꝫ d nepotulis q̃ ſūt ſicˋ ſpinę et feſtucę: nō attēdētes illud Eſa.ix.b. qd dicūt boni p̃lati: Lateres ceciderũt: ſꝫ q̃dris lapidib⁹.i. viris q̃tuor ꝟtutib⁹ q̃dratis ędificabim⁹: ſicomoroſ.i. ficos fatuas.i. t̃renis deditos ſucciderũt/ ſꝫ cedros imutabim⁹. Propt̃ h dr Eſa.j.c. Relinquet̃ filia ſion ſicˋ vmbraculū in vinea: et ſicˋ tuguriū in cucumerario. Vę hmōi ꝓditorib⁹/ ⁊ īfideliſſimis architectꝭ: q̃ domos magnificas deo ⁊ deberēt ędificare ſicˋ ſalomon: et ipi ędificãt tuguria viliſſima ad fruct⁹ ꝓuētuū tm̄mō colligēdos. Itē q̃libet deberet ī ſeipo ędificare domos multas velut ī q̃dã ciuitate. Primã domū debet facere hyemalē .i. domū patiētię: ī q̃ ſe tueat̃ a grãdie ⁊ pluuia tribulationū. Scdãꝫ dꝫ facere domū ſubt̃raneã.ſ. domū hūilitatꝭ: ī q̃ ē oīmoda ſecuritas. Tertiã dꝫ facere domū balnearū.i. domū luctus/ ſeu lachrymaꝝ: vbi lauet macłaſ pctōꝝ. Quartã domū ęſtiualē velut ſolariū.ſ. domū ſpei. Quītã domū coquę/ vbi carnes coquūt̃.i. domū diſciplię ſiue pnię. Sextã domū cęnaculū ꝯtēplatiōis: vbi iugꝭ refectio et delitiarū ꝯuiuiū celebat̃. Et vt breuit̃ dicã: tot domoſ neceſſarias hꝫ vnuſq̃ſqꝫ: q̃t ſūt ꝟtutes. Nulli ſufficit vna ſola dom⁹: qd dicim⁹ ꝓpt̃ q̃ſdaꝫ q̃ vni ſoli ꝟtuti vel duab⁹ oēꝫ operã ſuã impēdūt. Sequitur: a Plãtaui vineaſ.i. eccleſias: q̃s p̃lat⁹ debet plãtare fidē p̃dicãdo: fodere debet vitia deteſtando: paſtinare mores inſtruēdo: ꝓpagare ad maiora exhortãdo: ſepē boni exēpli circūdãdo. Vñ Mat.xxj.d. Hō quidã erat p̄rfamilias q̃ plãtauit vineã ⁊ ſepē circūdedit ei: ⁊ fodit ī ea torcular: ⁊ ędificauit in medio ei⁹ turrim: ⁊ locauit eam agricolis ⁊ pegre profect⁹ eſt. b Feci hortos/ delitiarum: id eſt clauſtra vbi nō olera/ ſed roſę ⁊ violę ⁊ lilia creſcūt: id eſt patientes/ humiles/ cōtinentes. Et de his hortis dicit̃ Cantꝭ.iiij.d. Fons hortorū puteus aquarum viuentiū: quę fluunt impetu de libano. c Et pomeria: id eſt eccleſias bonorum operum odore repletas. d Et conſeui eas cuncti generis arboribus: id eſt genere cunctorum hominū fructuoſoꝝ. Hoc contra illos qui vnū ſolum genus hominū in eccleſijs ſuis inſtituūt: id ē ſolos aduocatos vel ſolos nobiles. e Et extruxi mihi piſcinas aquarum vt irrigarem ſiluam lignorum germinantium. Piſcinę aquarū viuētiū ſolebãt eſſe clauſtra/ vbi velut piſces in flumine natabant religioſi et nutriebãt̃: nūc aūt cõputreſcūt velut piſceſ ſine aq̃. Vñ Eſa.l.b. Ponã flumina ī ſiccū: cõputreſcēt piſces ſine aq̃ ⁊ morient̃ ī ſiti. De his piſcinis ſolebat irrigari ſilua lignorū germinantiū.i. multitudo ſęculariū: q̃ ſilua dicunt̃ cõparatiōe cult⁹ ⁊ fructuoſitatis clauſtraliū. Vel iō ſilua dicūt̃: qꝛ ſūt loc⁹ venatiōis vbi ferę a canib⁹ dñi capiunt̃. Vel ideo: qꝛ inde excidunt̃ ligna in ędificium domus dñi. Ligna germinãtia dicūtur illi qui germen boni propoſiti in cordib⁹ geſtant. De hoc Cantꝭ.vij.b. dicitur ad ſponſam: Oculi tui ſicut piſcinę in eſebon: quę eſt ī porta filię multitudinis. Eſebon interpretat̃ cogitatio mœroris vel cingulum triſticię h Poſſedi ſeruos ⁊ ancillas.i. virtutes quę ſūt timores vel timoꝝ cognatę: vt innocētia/ pietas/ virginitas/ reuerētia/ verecūdia.
✻ Multamqꝫ familiam

Moraliter

Quilibet debet facere domos ī ſeipſo

a Multamq; familiam habui:
b armēta quoq; ⁊ magnos oui
c
d um greges vltrā omnes qui
fuerūt ante me in hieruſalē.
e Coaceruaui mihi argentum
f
g et aurum ⁊ ſubſtantias regū
h
i et ꝓuinciaꝝ. Feci mihi † cāta
k tores ⁊ cātatrices ⁊ delitias
l
m filioꝝ hoiꝫ: cyphos ⁊ † vrceo
n
o los i miſteriō ad vina fūdē
p
q dā: ⁊ ſupgreſſus ſū opibus
r
s oēs q̄ fuerūt aū me i hierl'm.

a Multamq; familiam habui. Alia littera habet: Et vernaculi fuerunt mihi. In hoc notatur tertia vanitas affectus: ſcilicet ſuperbia vitę: Non enim ſufficit curioſitati laſciuię in rebus creatis ad hominis ſeruitutem niſi et ſuperbia ęqualitatem conditionis ſuę tranſgrediens hominibus dñetur. Vernaculi ꝑo dicuntur filij ſeruorum: qui in domo dñi ſui nati ſunt ⁊ nutriti: necdum libertati donati. b Armenta q̄ꝫ et magnos ouium greges vltra omēs q̄ fuerunt aū me in hieruſalem / ſupple

B

poſſedi. e Coaceruaui mihi argentū et aurū. Uñ de ipſo dicitur Eccl. xlvij. c. Collegiſti quaſi aurichalcum aurū: et quaſi plumbū cōpleſti argentū. h Et ſubſtantias regū ⁊ ꝓuinciarū / mihi tributa reddentiū. His aūt diuitijs prouocatus / ad luxuriā: i Feci mihi cantatores ⁊ cantatrices ⁊ delitias filiorum hominū. Et h̄ vanitas eſt. Unde Eſa. v. c. Cithara ⁊ lyra ⁊ tympanū ⁊ tibia in cōuiuijs veſtris: ⁊ opus dñi non reſpicitis. m Cyphos ⁊ vrceolos in miniſterio ad vina fundēda: feci mihi. r Et ſupergreſſus ſum opibus omnes qui fuerūt ante me in hieruſalem: Ecce qd̄ ſupra diximus: extra ſe q̄rit adā ſolatiū: q2 qd̄ intus eſt / ꝑdidit. Magnificat extra opa ſua: quia intus minoratus eſt. Edificat ſibi domos: quia proiectus eſt de habitaculo conſcientię ſuę. Plantat vineas ⁊ facit hortos: quia germina ſapiētię in corde ſuo aruerūt. Extruxit piſcinas: q2 fontē aq̄ viuę ſalientis i vitam ęternā intus non habet. Siluam lignorum germinantiū irrigat: quia vmbram quęrit luce veritatis amiſſa. Poſſidet ſeruos ⁊ ancillas multamq; familiaꝫ: qui ſeipſum nō poſſidet / ſed ſeruus eſt vitiorum. Glorię ſpeciem attendit exterius / morbum interius non attendit. Magnū putat eſſe qd̄ eſt inflatum / et ideo gaudet exterius magnus videri / ⁊ intus inanis eſſe non timet. Sed hanc potentiā pecunię abundantiam theſaurorum gloriam ſequitur iactantię vanitas. Unde ſequit: i Feci mihi cantatores ⁊ cātatrices ⁊c.

Unde magiſter hugo

Myſtice vltra fiduciam in doctrina philoſophorum ſuorum. Ancillę ſūt minores prędicatores / humiles in oculis ſuis. De quib' Prouerb. ix. a. Sapientia ędificauit ſibi domū ⁊ excidit columnas ſeptem: imolauit victimas ſuas ⁊c. miſit ancillas ſuas vt vocarēt ad arcem ⁊ ad męnia ciuitat'. a Multāq; familiam habui. Vel ſm aliam litteram: Et vernaculi fuerūt mihi: id eſt timorem initialem habentes / ſeruos ⁊ ancillas in aliquo antecedentes: vt dicit Hiero'. b Armēta quoqꝫ: id eſt robuſtos ⁊ operoſos in prędicatione ⁊ doctrina: Sicut legitur de chriſto / Luc. vlt. c. Vir potens in ope ⁊ ſermone. Vel ſm Hiero. Operoſos ⁊ laborātes abſq; ſcientia ſcripturarū: qui ideo homines: id eſt rationales non dicuntur: quia ſcientiā ſcripturarū non habent. c Et magnos ouium greges: id eſt magnas plębes vel conuentus ſimpliciū: qui etſi non magna faciunt vt armenta: tñ nō faciunt alijs qd̄ ſibi nollent fieri. Et dicitur hic magnos greges / ⁊ non magna armenta: quia plures ſunt in eccleſia ſimplices q̄ꝫ prudentes vel fortes. d Ultra omnes q̄ fuerunt ante me in hieruſalem: quia in his omnibus nullus doctorum comparabilis fuit chriſto. Unde Ps. Abſorpti ſunt iuncti petrę iudices eorum.

Ps. 140.

e Coaceruaui mihi argentum: id eſt eloquentes: g Et aurum: id eſt ſapientes. Vel / f Argentum ⁊ aurum: id eſt ſacrā ſcripturam candore puritatis / ⁊ nitore veritatis reſplendentem. Vel ſm Hiero. f Argentū. i. aptiorem ſenſum. g Et aurum. i. occultiorē. h Et ſubſtātias regum ⁊ prouinciarū: Scdm Hiero. i. dogmata phoꝝ et varias artes ac diſciplinas eoꝝ: q̄ oia chriſt' ad iformationē moꝝ i eccl'ia ꝯgregauit. Uñ patet q̄ nō eſt vitiū aliq̄ñ inducere auctoritates phoꝝ. Vel / h Subſtātias regū. i. bona opa illoꝝ q̄ bñ ſe regūt: De q̄b' Eſa. xlix. f. Erūt reges nutricij tui: ⁊ reginę nutrices tuę. Seq̄t: i Feci mihi cantatores. i. robuſtos doctores / q̄ pſallūt ſpū: pſallūt et mēte. j. Cor. xiiij. c. Cātores em̄ debēt eſſe robuſti: quod notat ſexus / ⁊ alte cantare. k Et cantatrices: id eſt infirmos doctores: qui quidem pſallūt ſed vocē in altum tollere nequeūt: q2 fragiles ſūt ad oia aduerſa muliebrit̄ trepidantes. l Et delitias filioꝝ hoim. i. rōnabiliū: q̄ ⁊ re ⁊ noīe ſūt hoies: q̄ꝝ delitię ſūt ṽtutes ⁊ dona ſpūalia: q̄ ſic paradiſus habēt poma varia ſpūaliū voluptatū. De q̄ Cant. iiij. d. Emiſſiōes tuę paradiſus maloꝝ punicoꝝ / cū pomoꝝ fructib'. m Cyphos. i. apoſtolos. n Et vrceolos. i. eorum ſequaces ſiue ſucceſſores. Vel / Cyphi / ſūt maiores ꝑdicatores. Vrceoli / minores: q̄uos dñs in eccleſia cōgregauit. p Ad vina / ſapiētię: q Fundēda / auditorib' ſitientib': nō ad hauriēda tm̄ / ⁊ auare retinēda: o In miſterio q̄ facti ſūt omnes qui in eccleſia dei vaſa ſunt. i. doctores ⁊ ꝑdicatores. Unde. j. Cor. iiij. a. Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros chriſti: ⁊ diſpenſatores miſterioꝝ dei. Vaſa muſicoꝝ ſūt cantores ⁊ cantatrices. i. ꝑdicatores. Vaſa craterarū ſunt cyphi et vrceoli. i. prędicatores. Et de his omnibus dicitur Eſa. xxij. g. Suſpendam ſuper eum omneꝫ gloriam dom' patris eius: vaſorum diuerſa genera: omne vas paruulum a vaſis craterarū vſq; ad oē vas muſicoꝝ. iij. Reg. x. d. dicit q̄ oia vaſa mēſę ſalomōis erāt aurea. Et chriſt' ꝑmo. i. tpe apl'oꝝ ⁊ martyrū habuit oia vaſa aurea: poſtea tpe cōfeſſoꝝ argētea / clare ⁊ dulcit̄ reſonātia: mō vix hꝫ ęnea patient̄ ꝓ chriſto labores ⁊ ꝯtumelias ſuſtinētia: ſed fere oia ſūt teſtea auaricię ⁊ luxurię dedita. Uñ Thren. iiij. a. Quō obſcuratū eſt aurum mutat' ē color optim': diſpſi ſūt lapides ſanctuarij in capite oīm plateaꝝ. Filij ſion iclyti ⁊ amicti auro ꝑmo: quō reputati ſūt in vaſa teſtea: op' manuū figuli. r Et ſupgreſſus ſū opib'. i. diuitijs ſapię ⁊ ſcię: s Oēs q̄ fuer̄t aū me i hierl'm. i. q̄ aū aduētū chriſti eccl'ia rexer̄t: q2 doctria chriſti omnē humanā ſcientiam

* a Multāqꝫ familiā habui. i. cogitatiōes / affectiones / locutiōes / opatiōes dño famulātes. b Armēta q̄ꝫ. i. opa fortia. Armētū enī ab armo d̄r. c Et magnos greges ouiū. i. inocētū ⁊ ſimpliciū ſubditoꝝ multitudieſ: q̄ eſt gl'ia paſtoꝝ. Uñ Prouerb. xiiij. d. In multitudie pleb' dignitas reg: ⁊ i paucitate pleb' ignominia ꝑncipis. d Ultra oēs q̄ fuerūt aū me i hierl'm: Quia ꝑlati noui teſtamēti añcedere debēt ꝑl'es veter̄ teſtamēti. Sꝫ vtinā pares eēnt. e Coaceruaui mihi argētū ⁊ aurū ⁊ ſubas regū ⁊ ꝓuinciarū. i. ornatum verboꝝ ⁊ ſapiam phoꝝ ⁊ ṽtutes et opa eoꝝ ad moꝝ iſtructionē ꝑtinētia: q̄ oia a phis ⁊ heretic̄ auferēda ſūt tanq̄ ab iiuſt' detētorib': et i eccl'ię gaꝫophylacijs reponēda. Sic docet Aug'. i ꝑ li. d̄ doc. chri. Qd̄ figuratū eſt Exo. xj. a. vbi filij iſrl' iuſſi ſūt poſtulare ab ęgyptijs vaſa aurea ⁊ argentea ⁊ veſtes plurimas ⁊ portare ſecum. i Feci mihi cātatores. i. tales i eccl'ia inſtitui: q̄ nō ſolū i ꝓſper̄ ſ3 etiā i aduerſis cātarēt. i. frequent̄ canerēt / inde laudes ⁊ grarū actiōes dño referēdo. k Et cātatrices: q̄ tm̄ in ꝓſper̄ cātāt. Vel cātores dicunt̄ virtutes: q̄ de aduerſis magnifice cātāt: vt ē patiētia / hūilitas / māſuetudo / ſpes / magnificētia / longanimitas / et hmōi. Cātatrices ſūt ṽtutes operoſę: vt cōpaſſio / pietas / charitas / fides / miſcōia / ⁊ hmōi: quę tpe pac̄ cātāt. l Et delitias filioꝝ hoim / nō iumētorū. De q̄b' Soph. j. c. Viſitabo ſup viros defixos in fecib' ſuis. i. i delitijs carnis ⁊ diuitijs mūdi. m Cyphos ⁊ vrceolos i miniſterio ad vina fūdēda ⁊c. h nō mutat̄.

Sequit̄: Cūq; me

Al. † cantores

Al. † vrceos

Moraliter

Ꝟñ magr̄ hugo ꝺ ſctō victoꝛe exclamat: O infelix: nūq̄d hiſ de
lectatiōib⁹ q̄rit̄ ſapiā quā q̄rere ꝓpoſuiſti: Exiſſe a vanitate
videbarꝭ: quō tā cito reuerſ⁹ es: Quō niſi q꞉ ī circūitu cū im
pijſ ābulaſti: ⁊ iuoluta fuit ſemita tua. Reduxit te parſimonia
vbi gula ꝓſtrauerat: et ecce iterꝫ ī voluptate coꝛruiſti ⁊ cap/
tiu⁹ fact⁹ es vanitatꝭ. a

Sapiā q̄ꝫ pſeuera
uit mecū: et iō ſecu/
re peccaſti. Alia trāſ/
latio dic̄: Sapiā ſte
tit mecū: nō ꝓficiēs
ꝑ momēta ſic̄ ī nob: ſ;
ī plenitudīe ſtās. S;
q̄ eſt hec ſapiā: q̄ ita
decurſus amat ⁊ ſecre
tū faſtidit: Caue o ſa
lomon ne ī vmbꝛa fo/
lioꝝ decipiarꝭ/ vbi la/
tuit pr̄ tu⁹: q̄ veritateꝫ

a Sapientia quoqꝫ perſeuera
b uit mecum: ⁊ omnia que de/
c ſiderauerunt oculi mei nōn
d negaui eiſ: nec pꝛohibui coꝛ
e meum quīn omni volupta/
f te frueretur: et oblectaret ſe
in his que parauerā. Et
g hanc ratus ſum partem meā
h i ſi vterer laboꝛe meo. Cunqꝫ

videre nō potuit: Umbꝛa nanqꝫ etſi requiē hēe videt̄/ lumē
nō hꝫ. Species rerū viſibiliū folia ſūt: q̄ mō pulchꝛa et virē
tia apparēt/ ſ; cadūt ſubito cū turbo exierit. Hec folia dū ſtāt
vmbꝛā faciūt ⁊ habēt refrigeriū ſuū: ſed tñ vmbꝛa inimica eſt
lumini: Carni ad hoꝛā refrigeriū ꝓſtare videt̄: ſ; oclos mētꝭ
caligare faciūt. Eſt aūt ⁊ hec ſapiā ſua/ q̄ redes carnalꝭ callide
Luc.16.c. ⁊ aſtute q̄ſi ⁊ prudēt̄ ꝟuat̄: q̄ ſapiā/ filij tenebraꝝ prudētioꝛeſ
ſūt filijs lucꝭ ī generatiōe ſua: q̄ iacēt ī vmbꝛa folioꝝ: ſ; lumē
vere ſapie videre ñ pñt: ſola carnis cōmoda reſpiciūt/ aīe de
trimēta nō attēdūt. Cauti eñ volūt eē vbi timēdū ñ ē: ſtulti
et iprudētes ſt/ vbi graue ē periculū ⁊ itolerabile detrimētū.
O folia ⁊ vmbꝛa q̄liſ ē fruct⁹ vr̄ vbi adā abſcōdit⁹ ē: ⁊ nō ē in/
tuit⁹ veritatē: fructū folioꝝ ſuoꝝ edidit ⁊ ꝑdidit imoꝛtalitatē.
Recogſce miſer vbi es: et ꝯuerte te de vmbꝛa ad claritatē: et
dic: Cū me ꝯuertiſſē ad vniuerſa opa q̄ fecerāt man⁹ mee et
ad laboꝛes ī q̄b⁹ fruſtra ſudauerā: vidi ī oīb⁹ vanitatē ⁊ affli/
ctionē animi ⁊ nihil ꝑmanere ſb̄ ſole. Sequit̄: b Et oīa q̄
deſiderauerunt oculi mei/ interioꝛes vel exterioꝛes: c
Nō negaui eis: ad lr̄aꝫ: loq̄t̄ eni ī ꝑſona epicuroꝝ: q̄s di/
Pſ.80. mittit dñs ꝟm deſideria coꝛdis eoꝝ vt eāt ī adiuētiōib⁹ ſuis.
d Nec ꝓhibui coꝛ meū/ freno rōnis. e Quin om
ni voluptate fruerer̄/ ad libitū. f Et oblectaret ſe i
his q̄ parauerā/ ad fruēdū: qḋ ē totū ⁊ ſolū malū hoīs: vt
dicit Aug⁹. g Et hāc rat⁹ ſū ꝑtē meā ſi vterer labo/
re meo. q. d. putabā hūc eſſe fructū laboꝝ meoꝝ ſi volupta
ti coꝛpis deſeruirem.
yſtice ✻ omnem humanam ſcientiam incompabiliter excedit: ⁊ om/
nem ſapientiam mundi ſtultam eſſe oſtendit. Propter qḋ ex/
clamat apoſtolus Roma. xj. d. O altitudo diuitiarum ſapiē/
tie ⁊ ſcientie dei ⁊c̄. Unde ⁊ virga moyſi/ virgas magoꝛum
deuoꝛauit: Exo. vij. b. a Sapiētia q̄ꝫ pſeuerauit me/
cum/ vel ſtetit/ alia littera: non ꝓficiens per momenta tem/
poꝛum ſicut in nobis: ſed a pꝛimo inſtanti conceptiōis ſtans
in perfectione: Creata eni fuit anima eius in ſcientia ⁊ ꝟtute
perfecta. Unde Hiere. xxxj. d. Nouum faciet dominus ſup
terram: femina circundabit virum: id eſt hominem ꝑfectum
quo ad animam ſcientia ⁊ virtute. Nec eſt contrarium qḋ le/
git̄ Luc. ij. g. Jeſus aūt ꝓficiebat ſapiā et etate ⁊ gr̄a apud
deum ⁊ homines: Proficiebat quidem non incremento ſa/
piētie ⁊ gratie i ſe/ ſed ī coꝛdib⁹ hoīm: ⁊ ſi in effectu q̄ ad ꝓfi/
cientes verbo ⁊ exēplo eius. b Et oīa q̄ deſiderauerūt
oculi mei/ nō negaui eis: nec pꝛohibui coꝛ meum
quin omni voluptate frueret̄ ⁊ oblectaret ſe in his
q̄ parauerā: q꞉ chꝛiſt⁹ ꝯtinue ſine oī impedimēto vl̄ retar/
datiōe ꝯtēplatiōe dei fruebat̄ ⁊ in creaturis ſꝑ deū videbat.
g Et hāc ratus ſū ꝑtem meā. i. mei et meoꝝ. h Si
vterer laboꝛe meo/ referēs illū ad fruitionē viſiōis etne.
Ꝟñ Joh. xvij. a. Hec ē vita etna vt cognoſcāt te ſolū verū
deū ⁊ quē miſiſti ieſū chꝛiſtū.
Sequit̄: i Cūqꝫ me cōuertiſſē/ dicit ſalomon a ſupꝛa/
dicto erroꝛe: k Ad vniuerſa opa q̄ fecerāt manus
mee: ⁊ ad laboꝛes ī quibus fruſtra ſudaueram: id

eſt inutiliter. l Uidi in oībus vanitatē/ triplicem: ſcꝭ/
licet mutabilitatis/ moꝛtalitatis/ curioſitatis. m Et afflic
tionē animi/ qui in his irretitur. n Et nihil ꝑmanc
re ſub ſole: id ē omīa tēpalia vidi caduca ⁊ trāſitoꝛia. Uel
ſub ſole dicit ea que fiunt ꝓ his q̄ ſub ſole q̄ cito pereūt: ſ; ea

k me conuertiſſem ad vniuer/
ſa opera que fecerāt manus
mee: ⁊ ad laboꝛes in quibus
fruſtra ſudaueram: vidi in
l m omnibus vanitatem et affli/
n ctionem animi: et nihil per/
o manere ſub ſole. Trānſiui
ad contemplandam ſapien/
tiam erroꝛeſqꝫ ⁊ ſtulticiam.

q̄ ꝓ ipſo ſole fiunt ꝑ/
manent in eternum: ⁊
ꝓ illis laboꝛare non ē
fruſtra laboꝛare. Sed
quia ad perfectum nō
ſufficit mala repꝛoba/
re: niſi etiam bona eli/
gere quis nouerit:
poſtq̄ꝫ vidit ſalomon
in omnibus que ſub
ſole fiunt eſſe vanita/
tem et afflictionē ſpi/
ritus: ꝓponit tranſire
ad ſapientiā contem/
plandā ſupꝛa ſolem. Sed nimis difficilis eſt tranſitus iſte: et
multoꝝ dierū infirmos greſſus habentib⁹. Nemo eni in hac
moꝛtali vita ſapientiaꝫ plene compꝛehendere pōt. Trahit̄ eni
de occultis ſapiētia et in occultis inuenit̄: Semper eñ ſecre/
tum amat: nec ſe cōtemplādā pꝛebet niſi his qui toto animo
ingrediūtur ad eā. Sed hoc valde graue eſt infirmis: ſcilicet
amata deſerere/ ignota q̄rere niſi pꝛius doloꝛib⁹ erudiant̄ et
incipiant eſſe amara que pꝛius dulcia erant: et ita quodam/
modo compelluntur trāſire inuiti ad ſapientiā cōtemplādā:
cui⁹ ſuauitatē cū guſtare ceperint/ nō iā cōpelli op⁹ habēt ſ;
ſeqūt̄ volētes/ ⁊ libent̄ oīa deſpiciūt vt trāſire poſſint ad ſa
piētiā cōtēplādā: et tūc velocit̄ currūt: vt ſponſa/ Cantꝭ. j. a.
Trahe me p⁹ te: currem⁹ ī odoꝛe vnguētoꝝ tuoꝝ. Sic moy Exo.2.d.et.3.a
ſes cum adhuc eſſet ī heremo ⁊ vxoꝛē haberet ethiopiſſam:
nec nouiſſet adhuc niſi ignem conſumentem/ mirabatur q̄ ru
bus arderet ⁊ non cōſumeretur: Et animus q̄ꝺiu carnali cō
cupiſcentie iunctus eſt/ necdum ad amplexus ſapiētie perue/
nit/ in igne conſumente eſt ⁊ deuoꝛante vſqꝫ ad conſumptio/ Job.31.b.
nem: ſed cū hec deſeruerit/ incipit calere amoꝛe ſapientie que
lumen habet ⁊ non conſumptionem: Eſt enim ſunamitis: q̄
ſenes calefacit ⁊ iuuenes non vrit. Hoc igne accenſus moy/ Exo.3.
ſes vſqꝫ ad colloquiū dei ꝑuenit: ⁊ miſſus ē ad ppl̄m liberā/
dū. In hoc eñ igne de⁹ loq̄bat̄ et digne audiebat̄: et ꝑ ignē
itelligebat̄: Quo viſo trāſiuit moyſes vt videret viſionē hāc
magnā: et ſic trāſiuit ad ꝯtēplādā ſapiētiā: ⁊ locut⁹ eſt ei de⁹:
ſicut amicus ſolet loqui ad amicū ſuū. Trāſiuit ⁊ abꝛaā ꝺ ig/ Exo.33.b.
ne chaldeoꝛum ad cōtemplandā ſapientiā/ ⁊ venit in terram Gen.12.
viſionis: quam mōſtrauit ei deus: ⁊ locut⁹ eſt ei deus. Trāſ/
iuit ⁊ iſaac ad contemplandā ſapiētiam: cum egreſſus eſt ad Gen.24.g.
meditandū in agrum: ⁊ locut⁹ eſt ei deus. Jacob quoqꝫ trāſ/
ſuit ad contemplandā ſapientiam de meſopotamia veniens Gen.32.g.
et vidit deū facie ad faciē et ſalua facta eſt anima ei⁹. Trāſie/
runt poſtea omnes pꝛophete ad contemplandā ſapientiam:
et locutus eſt eis deus. Tranſierūt ⁊ philoſophi/ omnia ter/
rena ad cōtemplandā ſapientiam: ſed minime cōtemplati ſūt:
quia euanuerunt in cogitationib⁹ ſuis ⁊ defecerunt ſcrutan/ Ro.1.c.
tes ſcrutinio. Alij autem moꝛibus querendam ſapientiā eſti/ Pſ.63.
mauerunt: et facti ſūt plurimi bonoꝛū ſuoꝝ tempaliū contē/
ptoꝛes: ſed non vitioꝛū ſuoꝛū coꝛrectoꝛes. Et iſti vſqꝫ ad ali/
quid peruenerunt: quia ſpeciem pietatis habuerunt: ſed veri 2.Timoth.3.a.
tatem non tenuerunt: Abiecerunt pecuniā: ſed retinuerūt in/
fidelitatis maliciam: et ideo non inuenerūt ſapientiam: quia
non introibit in maliuolam animam ſapientia: nec habitabit Sap.1.a.
in coꝛpoꝛe ſubdito peccatis. Nouiſſime autem venit ipſa ſa/
pientia: ⁊ traſiuit in mundum: ⁊ contemplati ſunt eam amici
eius: et etiaꝫ inimici: Et dixit eis qui tranſierant ad eā contē/
plandā: Beati oculi qui viderunt que vos videtis. Tranſea/ Matth.13.b.
mus ⁊ nos vſqꝫ in bethleem ⁊ videamus hoc verbum qḋ fac/ Luc.2.c.
tum eſt. Tranſite ad me inquit ſapientia/ Eccꝭ. xxiiij. c. et a
generationibus meis implemini. Qḋ audiēs ſalomon: relictis
mūdanis oīb⁹/ ait: o Trāſiui ad cōtēplādā ſapiam
erroꝛeſqꝫ ⁊ ſtulticiam. Hanc. ſ. ſapiam ad ſequendum:
illa autē

a b Quid eſt inquā homo vt ſē-
qui poſſit regē factorem ſu-
c um? Et vidi qꝛ tātū p̄cēde-
d ret ſapientia ſtulticiā: q̄tū
e differt lux a tenebris. Sapi
f g entis oculi in capite eiꝰ: ſtul-
tus in tenebris ambulat. Et
h i didici ꝙ vnꝰ ⁊ vtriuſqꝫ eſſet
k interitus: et dixi i corde meo:
l Si vnus ⁊ ſtulti ⁊ meus oc-
m caſus erit: quid mihi ꝓdeſt
ꝙ maiorē ſapiētie dedi ope-
n ram? Locutuſqꝫ ⁊ cum mente
o mea animaduerti ꝙ hoc q̄ꝫ
p eſſet vanitas. Non eni erit
memoria ſapientis ſimiliter
q vt ſtulti in perpetuū: et futu-
ra tempora obliuione cūcta
r operiēt pariter. Moritur doctꝰ
s ſimiliter vt indoctus: et idcir
t co teduit me vite mee ⁊ vidēn
tem mala vniuerſa eſſe ſub
v x ſole: et cuncta vanitatē et af
y flictionem ſpiritus. Rurſus
deteſtatus ſum omnē indu-
ſtriam meā qua ſub ſole ſtu-
dioſiſſime laboraui: habitu-
rus heredem poſt me: quem
ignoro vtrum ſapiēs an ſtul
tus futurus ſit: ⁊ dominabi-
tur in laboribus meis qui-
bus deſudaui ⁊ ſollicitꝰ fui:

ſtia autem ad fugiendum. Eſt autem error/ vt dicit magiſter hugo de ſancto victore: neſcire qđ rectum eſt: ſtulticia vero ſcire rectum ⁊ non ſequi: ſapientia vero cognoſcere ⁊ amare bonum: cognoſcere ⁊ odire malum. Et hoc totū in ipſa ſapientia cognoſcitur cū ipſa videtur. Salomon anteq̄ꝫ trāſiſſet ad cōtemplandam ſapientiam cecus erat: quia ire putauit vbi non ē homini via: putauit enim querere ⁊ inueſtigare oīa que ſub ſole ſunt: et magnum aliquid credidit illorū inueſtigare que extra hominis naturam cōſiſtunt: Sed nūc illuminatus a luce ſapientie/ ait: a Quid ē inquā homo vt ſequi poſſit regez factorez ſuū? Nec querit ſolum quaſi ad mirando dignitatem eius: ſed quaſi cognoſcendo infirmitatē ꝓpriaꝫ. q.d. nihil eſt vt ſufficiat/ vt poſſit ſeq̄ factorē ſuū: Si eni nō pōt cōſequi facturā: multo magis nō pōt ſeq̄ factorē. Factorē dico q̄ creauit regē/ q̄ dirigit ad qđ creauit. Sed q̄s ſequitur factorē ſuū? Ille q̄ viuit vt factꝰ eſt: q̄ incedit ſcđm qđ inſtitutꝰ ē: q̄ ſeruat bonū qđ creatꝰ accepit: ⁊ qđ natura ꝯtulit impollutū cuſtodit. Et q̄s ſequitur regē ſuū? Qui feſtinat puenire quo inuitatur: q̄ legibꝰ bn̄ p̄ſidētis obtēperat: q̄ tēdit ad qđ dirigitur: qui iubētis imperio volūtate ſpōtanea p oīa ſe inclinat. Sed q̄s eſt hic ⁊ laudabimꝰ eū: fecit eni mirabilia in vita ſua. Vel ſic: a Quid ē inquā homo: id eſt quātus: id ē q̄ꝫ digna res eſt homo: b Ut ſequi poſſit: id ē imitari i cōprehēſione ſapientie: factorē ſuū? c Et vidi qꝛ tantū p̄cederet ſapientia/ hominis: q̄uis nō pura: d Stulticiā: quantū differt lux a tenebris: quia ſapientia lux eſt: et ſtulticia tenebre vel cecitas: ſiue dicatur ſapiētia chriſtꝰ ſiue ſapiētia donū. Et etiam vidi ꝙ e Sapientis oculi/ interiores ſcilicet: f In capite eius: id ē in chriſto: qui eſt caput eccleſie: vt dicitur Col. j. c. Et nota tria q̄ preexiguntur ad h̄ vt homo habeat ſapientiā. Primū eſt/ vt itelligat dignitatē ſuā: quā habet ex hoc ꝙ acquirēdo ſapientiā ſit ſimilis creatori ſuo: qđ notatur ibi: Quid eſt homo: id eſt quāte dignitatis: vt inueſtigādo ſapientiā/ poſſit ſequi factorē ſuū: id eſt imitari ⁊ ei aſſimilari. Ro. xiij. d. Induimini dn̄m ieſū chriſtū. Secundū eſt vt intelligat differentiā que eſt inter ſapientiā ⁊ ſtulticiā: qꝛ ſapiētia aſſimilat hoīem vere luci q̄ eſt deꝰ: ſtulticia vero diabolo/ q̄ eſt tenebre: qđ notatur ibi: Et vidi qꝛ tantū precederet ſapiētia ſtulticiaꝫ: quantum differt lux a tenebris. Tertium eſt ꝙ intelligat ꝙ ſapientia clarificando oculos mentis dat homini oculos aquile/ vt videre poſſit verum ſolem: in cuius cōtemplatione eſt ſumma beatitudo. Moraliter. e Sapientis oculi/ ſunt/ i capite eius: id eſt in corde eius: iugiter illud intuens: ne quid fedum aut turpe ſit in eo vbi debet ſapiētia hoſpitari. Sapiens oculos ſuos: id eſt ſenſus ad interiora ſua circūſpiciēda ab exterioribus abducit. Stultus vero neglectis interioribus ſuis/ oculos ſuos in exteriora diſpergit. Vn̄ Prouerb. xvij. d. Oculi ſtultorū in finibꝰ terre: Et ideo q̄ſi cecus neſcit quo vadat. Unde ſequitur: g Stultus in tenebris ambulat: id in ignorantia terrenorum. i. in terrenis que ignorat: qꝛ ſi ea vere cognoſceret/ fugeret. Sapiens ex affectu dei/ et coniunctione ad ipſum que fit per amorem illuminatur magis ⁊ magis ad videndum ⁊ cognoſcendū vere omnia. E cōtrario ſtultus ex affectu terrenoꝝ et cōiunctiōe ad illa que fit per amorē/ obtenebratur. Vn̄ aīal qđ viuit de tra. ſ. talpa cecū

C

De cōſe. diſ. 4. c. accepiſti. i. De ſacra vnc. c. vnico.

Al. ⁊ vtriuſqꝫ

Al. ⁊ ſui

Ecci. 31. b.

Tria exigūtur ad hoc vt hō habeat ſapientiā

Moraliter

ē. Et iđ ſtultꝰ/ qꝛ cecꝰ ē/ currit ad laq̄os diaboli. Vn̄ Ecci. ix. d. In medio laq̄oꝝ ingredieris et ſup arma dolētiū ambulabis. h Et/ hec cōſiderās/ didici ꝙ vnꝰ vtriuſqꝫ. i. ſapiēti et ſtulto: i Eſſet interitꝰ. Vnꝰ q̄tū ad ſubſtantiā mortis: et etiā vnꝰ q̄ ad ignominiā: qꝛ ſepe eque vel plꝰ ignoīoſe moritur ſapiēs vt ſtultꝰ. Vnꝰ etiā q̄tū ad ꝓuiſionē: multotiēs em̄ ſapiēs ſic ſtultꝰ ex improuiſa morte moritur. q.d. ſalomon: ꝯſiderans res vidi ꝙ omnes cōmuni morte pereūt/ et ſimili miſeria hic ꝓmūtur: q̄uis oculi illꝰ in celo ſint/ ⁊ oculi illius in finibus terre: k Et dixi in corde meo/ loquēs i pſona infirmoꝝ: q̄ſ ꝯſideratio iſta ſepe a bono ꝓpoſito reuocat: l Si vnꝰ et ſtulti ⁊ meꝰ occaſus erit: id ē ſi ſilis eſt interitꝰ ſapiētiſ ⁊ ſtulti. m Quid mihi ꝓdeſt ꝙ maiorē ſapiētie dedi operā/ cōtemplande vel acq̄rende: q.d. nihil prodeſt inueſtigatio ſapientie: quia omnes ſimiliter moriuntur. Sed hec ſententia cito falſa probatur ſi homo redeat ad cor ſuum vbi videtur veritas. Unde Eſa. xlvj. c. Redite preuaricatores ad cor. Et Ioh. iiij. c. Voca virum tuum. Qđ audiens ſalomon inuenit predictam ſententiam falſam eſſe: Unde ſequitur: n Locutuſqꝫ fui cum mente mea: quia redij ad cor: o Et animaduerti ꝙ hoc: id eſt ſubreptio h̄ qua dixi ꝙ nihil prodeſt operam dare ſapientie/ quoqꝫ eſſet vanitas. Vel/ animaduerti ꝙ hoc eſſet vanitas: id eſt falſū. ſ. ꝙ oīno vnꝰ eſſet interitus ſapiētis ⁊ ſtulti: qꝛ ſapiētis interitꝰ/ via eſt ad beatitudinē: interitꝰ ſtulti via eſt ad eternā dānationē. Vn̄ ſequitur: p Nō em̄ erit memoria ſapientis ſimiliter vt ſtulti in perpetuū: imo diſſimiliter: qꝛ hic erit in gloria/ ille i pena. Prouer. x. b. Memoria iuſti cū laudibꝰ: nomē aūt impioꝝ putreſcet. Vel more cōcionātis dicuntur iſta: qꝛ obliuioni dabitur ſapientia ſicut ſtulticia: ſic dicūt infirmi. q Et futura tēpora obliuiōe cuncta operient pariter: vel nō operiet: alia littera: qđ notat hec dictio: non: q̄ ponitur interliū: ſup h̄ verbū operiet. Etiā legitur interrogatiue in pſona infirmorū: vel remiſſiue ſiue aſſertiue in pſona ſapiētiſ: qꝛ i memoria eterna erit iuſtꝰ: perijt aūt memoria eoꝝ cū ſonitu ⁊ dn̄s i eternū pmanet. r Moritur doctꝰ ſimiliter vt idoctꝰ. Cōcionatorie dr̄ h̄ in pſona infirmoꝝ: Nō eni ſimiliter moritur doctꝰ ⁊ idoctꝰ: imo diſſimiliter: Nā precioſa ē i ꝯſpectu dn̄i mors ſctōꝝ eiꝰ: mors vero pctōꝝ peſſima: Tn̄ videtur h̄ ad lraꝫ ſignare theologos q̄ ſacris lr̄is edocti eq̄ imꝓuidi ⁊ impati moriūtur vt idocti: vel eq̄ facile moriūtur ſpūaliter ſuccūbētes tēptatiōibꝰ vt idocti iplētes i ſe illđ phi: Scire aut parꝝ aut nihil valet ad ſutē. s Et idcirco teduit me vite mee: qꝛ oīa vanitas/ dicit Interl. Vel qꝛ ſimiliter moritur doctꝰ ⁊ idoctꝰ. De dico t Uidētē mala vniuerſa eē ſub ſole. i. vniuerſitatē maloꝝ eē ſb ſole: vel vniuerſa q̄ ſb ſole ſūt. i. ꝓ terenis n̄ ꝓ celeſtibꝰ/ mala eē occaſionaliter vel penaliter: Mūdus eni totꝰ i maligno poſitꝰ ē. j. Ioh. v. d. v Et cūcta/ eē/ vanitatē/ triplicē. ſ. iniq̄tatiſ/ ſollicitudis/ iꝑfectiōis: vel ſic ꝑdiximꝰ. x Et afflictionē ſpūs: qꝛ in eis labor ⁊ timor et dolor ⁊ nulla reqes. Vn̄ aplus Ro. vij. d. Infelix ego hō q̄ me liberabit d corpe mortiſ huiꝰ? y Rurſus deteſtatꝰ ſū oēꝫ idustriā meā q̄ ſub ſole ſtudioſiſſime laboraui: habiturꝰ heredē poſt me quem ignoro vtrum ſapiēs an ſtultꝰ futurꝰ ſit: ⁊ dn̄abitur in laboribꝰ meiſ quibꝰ deſudaui ⁊ ſollicitꝰ fui: Non enim quaſi miſtrū et diſpenſatorē

Al. ⁊ videns

Ps. iii.

Ps. 9.

Ps. 115.

Ps. 33.

Al. [illegible]

et diſpenſatorem ſe gerens: ſed quaſi dominum/non atten/
dens ꝙ omnia ſibi credita ſunt ⁊ cōmiſſa ad diſpenſandū ꝑ
arbitrio creditoris/non pro libito voluntatis ꝓꝑie a Et
eſt quicq̄ꝫ tam vanum: vt tali heredi laborare ⁊ cōgrega
re: q.d. non. b Unde ceſſaui/ a ſtudio ſimul ⁊ opere.

a Et ēſt q̄cq̄ꝫ tā vanū: Unde
b
c ceſſaui: rēnūciauitq̄ꝫ cor me/
um vltra laborare ſub ſole:
d Nām cū ali⁹ laboret ī ſapiā
e
f ēt doctrina ⁊ ſollicitudīe: hō
g mini ocioſo q̄ſita dimittit.
h
i Et hōc ergo vānitaſ ⁊ mag/
k nū malū. Qūid enim ꝓde/
rit homi de vniuerſo labore
l
m ſuo ēt afflictione ſpūs† q̄uo
n
o ſūb ſole cruciat⁹ eſt: Cūncti
p dies ei⁹ † dolorib⁹ ēt erumnis
q
r plēni ſūt: nēc ꝑ noctē mēnte
s
t reqeſcit: Et h nōnē vanitas
v ēſt: Nōnē meli⁹ ē comedere
x
y ēt bibere ⁊ ōſtendere āīe ſuę
z
a bōna de laboribus ſuis: Et
b
c hōc de manu dei eſt. Qūis
d ita vorabit: et dēlitijs afflu/
e et vt ego: Hōmini bono in
f conſpectu ſuo dedit deus ſā
g
h piētiā ēt ſciētiā ⁊ītēlligētiā:

c Renunciauitq̄ꝫ
cor meum vltra la
B borare ſub ſole: ne
vitio talis heredis ma
Al. t diſpē/tionis teriam † diſſipationis
congregarē. Et ſi be/
ne aduertitis: triplicē
lex cauſa vite cauſam tedij vitę ſuę
ponit h Eccleſiaſtes.
Prima eſt conſidera/
tio mortis. Secunda
cōſideratio vanitatꝭ.
Tertia ꝯſideratio ſtul
Al. t qua ti heredis. Quare au
tem laborare deſiſtat
ſalomon oſtendit. d
Nā cū ali⁹ labo/
ret in ſapiētia. i. ꝓꝑia īueſtigatiōe: e Et doctrina. i.
aliena eruditiōe. f Et ſollicitudine. i. ꝓuidētia īmodera/
ta. g Homini ocioſo quęſita dimittit/in morte ſua.
Multū eſt ꝯgregare b Et hoc ergo: id ē ſic laborare: i Vanitas ⁊ mag/
num malum. q.d. ideo deſino laborare: quia magna ſtulti/
cia eſt ꝙ alius per ſapientiā bona multiplicat: ⁊ alius per ſtul
ticiam diſſipat. Sic tñ ad litterā accidit ſalomoni: cui ſucceſ/
ſit roboam filius eius: qui ſtulte perdidit qḋ ſalomon ſapiē/
ter congregauit. Hoc quotidie videmus in quibuſdam doc/
torib⁹ ⁊ pdicatorib⁹: qui multas diuitias de agro vel the/
ſauro ſcripturarum effodiunt: quas humiles ⁊ deuoti audi/
tores comedunt ⁊ abſq̄ꝫ labore ſuas faciunt: ipſis fame et ſiti
et paupertate pereuntibus. Unde Job. xxvij. c. Si com/
portauerit quaſi terram argentum: et ſicut lutum prępara/
uerit veſtimenta: pręparabit quidem/ſed iuſtus veſtietur il/
lis: et argentum innocens diuidet. Deut. xxviij. d. Non ſit
fortitudo in manu tua: fructus terrę tuę ⁊ oēs labores tu/
os comedat populus quem ignoras. Hiero⁹. In hunc cir/
culum res recurrit: vt alter alterius labore fruatur: et ſudor
mortui ſint delitię viuentis. Idē Hiero⁹. Cū to labore ſcri/
bant ⁊ ſępe ſtilum vertant: nouerunt librorum auctores: ſa/
pientię autem ⁊ doctrinę eſt terrena calcare non congregare.
k Quid enim proderit homini de vniuerſo labo
re ſuo/tam corporali q̄ꝫ ſpirituali: id eſt ſcriptis ędendis et
expoſitionibus faciendis: l Et afflictione ſpiritus/in
vtriſq̄ꝫ: m Quo/ſcilicꝫ labore: n Sub ſole cruciat⁹
eſt: id eſt pro terrenis congregandis: o Cūcti dies ei⁹
doloribus/vel/laboribus: ſed verius vtriſq̄ꝫ. p Et
erumnis: id eſt grauibus afflictionibus: q Pleni ſūt/
non ſolum reſperſi: r Nec per noctem/quando ē tem/
pus quieſcendi: s Mente requieſcit/homo: t Et
hoc nonne vanitas eſt: q.d. planū eſt ꝙ ſic: maxime in
curioſe philoſophantibus: et auare temporalia congregan/
tibus. De quibus dicit Job. xv. c. Sonitus terroris ſemꝑ ī
auribus illius: ⁊ cum pax ſit/ille ſemper inſidias ſuſpicatur.
Sed de iuſto dicitur Prouerb. xv. b. Secura mens q̄ſi iuge
conuiuiū. Sequiꝭ. v Nonne melius eſt comedere
et bibere: et oſtendere animę ſuę: id ē animalitati ſuę:
a Bona de laboribus ſuis/corporalibus vel ſpiritua/
libus: id eſt ſcripturis. b Et hoc de manu dei eſt q.d.
frui hic de laboribus ſuis donum dei eſt: Et loquitur cōcio/
Myſtice natorie in perſona luxuriare volentium. Glo. exponit my/
ſtice/ſic: v Nōne melius eſt comedere/corp⁹ chri/
ſti: x Et bibere/ſanguinē eius. De quo Cant. v. a. Co/
medite amici ⁊ bibite ⁊ inebriamini chariſſimi: y Et oſtē/
dere/ipſa experiētia: z Animę ſuę/non carni: a Bo
na de laboribus ſuis/hic ꝑ ſpē ⁊ ꝑguſtationē: in futuro ꝑ
Ps. 16. ſpeciē ⁊ ſatietatē: Satiabor inq̄t Ps. cū apparuerit gl̄ia tua.
b Et hoc de manu dei eſt: id eſt cibus ⁊ potus donum
dei eſt. Unde Matth. xj. d. Uenite ad me oēs qui laboratis
et onerati eſtis ⁊ ego reficiā vos. Uel ſic: v Nonne me/
lius eſt comedere/panē pęnitētię: x Et bibere/vinū
ſacrę ſcripturę: y Et oſtēdere aīę ſuę bona de labo/
ribus ſuis. i. per laborē pęnitētię a ſe remouere peccata: q/
bus amotis videt aīa
bona ęterna quę pri⁹
Al. t laboribus videre nō poterat ve/
lata petis. Uñ Ps.
Reuela oculos meos † Ps. 118.
⁊ ꝯſiderabo mirabilia
de lege tua. b Et h
de manu dei ē: id ē
donū dei ē. Uñ Eſa.
xxvj. c. Oīa opa nr̄a
opatus es ī nob dn̄e.
c Quis ita vora/
bit/diuitias tpales:
id eſt ſine maſticatiōe
Al. t leticia diſcretionis comedit
vt ego: d Et deli/
tijs affluet/vt ego:
q.d. de experimēto meo diſcite nihil boni vel veri vel ſolidi
eſſe ī delitijs iſtis: Nā ſi eſſet: hoc ego ī eis inueniſſem. Uel
de delitijs ſpiritualibus intelligitur ſic: c Quis ita vo/
rabit: id eſt auide comedet panem bonorum operum/et bi/
bet vinum ſacrę ſcripturę vt ego: d Et delitijs/ſpiritua
libus: affluet vt ego: q.d. nullus. Ipſe enim aliq̄ñ ſapien/
tiſſimus fuit: et ideo maiores in his delitias reperiebat. e
Homini bono ⁊c̄. Oſtenſo ꝙ quibuſdam eſt † iugis lęti/ Al. t magis
cia in cogitatione ſapientię: quibuſdam vanitas et afflictio:
oſtendit quibus dat deus veram lęticiam ⁊ quibus miſeriā.
Bonis dat lęticiā vel corrigentib⁹ ſe: Iuxta illud Oſee. x. d.
ſcd̄m aliam litterā: Seminate vobis in iuſticia: vindemiate
in fructu vitę: ⁊ illuminate vobis lumen ſcientię. Primo enī
ſeminanda eſt iuſticia: deinde fructus vitę eſt metendus: et
tunc demum lumen ſcientię poterit apparere. Peccatoribus
autem dat deus miſeriam ſempiternam: quos tamē permit/
tit hic florere diuitijs ⁊ delitijs: ſm ꝙ dicit Ps. Ecce pecca/ Ps. 72.
tores ⁊ abundantes in ſęculo obtinuerunt diuitias/quę defi/
ciunt: ſed pręparanꝭ eis miſerię/quę nunq̄ꝫ deficient. Propꝭ
qḋ dicit Jaco. v. a. Agite nūc diuites plorate/vlulantes in
miſerijs quę aduenient vobis. Dicit ḡ: e Homini bo/
no in conſpectu ſuo dedit deus ſapientiam ⁊ ſciē/
tiā ⁊ itelligētiā: id eſt deus a quo oē bonū: qui dat om/
nibus affluenter et non improperat: vt dicitur Jaco. j. a. de
dit gratis vt ⁊ tu gratis des: Iuxta illud Matth. x. b. Gratꝭ
accepiſtis ḡtis date. f Sapiētiā/de diuinis. g Et ſciaꝫ
de hūanis. h Et itelligētiā/de cęleſtib⁹ creaturꝭ. e Ho/
mini bono ī cōſpectu ſuo: non in ꝯſpectu hoim/vt hy/
pocrita: Talē enī fugit ſapia. Unde Sap. j. b. Spūſanct⁹
diſciplinę ſupple dator: effugiet fictū. i. hoiem. ſ. hypocritā:
et auferet ſe a cogitationib⁹ q̄ ſūt ſine intellectu. Itē: bono
hoi/dat de⁹ ſapiāꝫ/q̄ de⁹ ꝯtēplaꝭ ⁊ amaꝭ. Et ſciam/q̄ bñ
ī mūdo ꝯuerſaꝭ. Et intelligētiā/q̄ myſteria ſcripturę pe/
netranꝭ. Uel ſapiam/q̄ ſapiūt res ſm ſaporem ꝓꝑiū. Et
ſciam/q̄ ęſtimanꝭ res iuxta valorē ſuū. Et intelligētiā/q̄
cognoſcunꝭ res ſm totum eſſe ſuū. Et hęc lectio melior eſt.
Mediū enī cauſaꝭ ab vltimis: Nā vera rerū ęſtimatio ſur/
git ex ſapore rerū ⁊ cognitione. Cui enim res notę ſunt/⁊ ſa/
piūt ꝓut ſunt: ille ſolus poteſt ęſtimare de eis. Hanc ſapien
tiam/hāc ſciam/hanc intelligentiā quaſi triplicem funiculū: Ec. 4. c.
qui difficile rumpiꝭ/dat deus homī bono vt regulā/qua ſe
⁊ alios regulet: vt lucernā/qua ſe ⁊ alios illuminet: vt cibū/q̄
ſe ⁊ alios ſatiet: vt gladiū/quo ſe ⁊ alios defendat: vt agrum
vel vineā/vt in ea laborādo ſibi et alijs fructificet: vt pecuni/
am/vt eā ad vſurā accōmodet: vt vxorē/ex q̄ deo filios ſpūa
les generet: vt chirographū de pacto inꝭ deū ⁊ hoieꝫ/vt hę
reditatē ꝑpetuo poſſidēdā iure hęreditario. Uñ Ps. Hęre Ps. 118.
ditate acq̄ſiui teſtimonia tua. Eccī. xxiiij. c. Legē mandauit
moyſes: hęreditatem domui iacob. De h dr̄ Baruch. iij. d.
Deus noſter adiuenit

Deꝰ nr̄ adinuenit oēʒ viā diſciplinę ⁊ tradidit illā iacob puero ſuo ⁊ iſrl̄ dilecto ſuo: ⁊ pꝰ h̄ i t̄ris viſꝰ ē ⁊ cū hoībꝰ ꝯuerſatꝰ ē.
a Peccatori aūt .i. pellicatori/ ſm̄ Iſidoꝝ: qui cęleſti ſapientię quā debuit hr̄e vt ſpōſam: ſic̄ legiꝰ Sap. viij. a. ſupīduxit nō vnā pellicē tm̄ ſ; mltas. ſ. ſcias ſeculares vel lucratiuas ſiue delitias ⁊ diuitias cū quibꝰ fornicaꝰ: et tanto grauius q̄to ſpūalꝰ. Tali inq̄ pellicatori: b Dedit/ deꝰ/ afflictionē/ laborioſi ſtudij: vt die ac nocte pelles capraꝝ īduea: ⁊ vitā labore miſerabili conſumat cū huiuſmodi pellicibꝰ fornicando. c Et curā cor vrētē: d Superfluā/ i. nō neceſſarijs ꝯgregādis tā ſpūalibꝰ q̄ tp̄alibꝰ.

a Peccatori aūt dedit afflictio
b nē ⁊ curā ſupfluā: vt addat
c ⁊ ꝯgreget ⁊ tradat ei q̄ pla
d cuit deo. Sed et h̄ vanitas
e et caſſa ſollicitudo mentis.
f
g
h
i
k

e Ut addat/ ſciam ſup ſciaʒ: poſt illā ꝓbēdā ſup ꝓbēdā. f Et cōgreget/ ad malū ſuū. g Et tradat/ dimittēdo in morte vel amittendo non ſponte: h Ei q̄ placuit deo/ q̄ſi bono diſpēſatori. Sępe accidit h̄ q̄ multi vane ⁊ auare cōq̄rūt ⁊ ꝯgregāt theſauros diuitiarū vel ſcientiarū: de quibꝰ nunq̄ comedūt ſ; alijs
Pſ. 38. ignorantibꝰ relinquūt. De q̄bꝰ Pſ. Theſauriçat ⁊ ignorat cui ꝯgregabit ea. Aggei. j. b. Seminaſtis multū ⁊ intuliſtis parum/ in horrea cordiū veſtroꝝ: comediſtis ſtudendo/ ⁊ nō eſtis ſatiati: bibiſtis ⁊ non eſtis inebriati: operuiſtis vos ⁊ nō eſtis calefacti. i Sʒ et hoc vanitas/ triplex ſupdicta. ſ. k Et caſſa ſollicitudo mētis. Caſſa a fructu: q̄ fructus diuitiarū quarūlibet copia eſt: vt dicit Tullius. Sʒ hūc fructum multis diuitię ſuę non conferūt: quia cupiditatē non minuūt. Sollicitudo hęc tria mala facit. Primū iugis trāſitus ⁊ aſſidua ꝯculcatio turbarū cogitationū: quę nihil boni vireſcere/ nihil fructificare ī mente permittit. Eſa. lj. g. Poſuiſti vt terrā corpꝰ tuū: et quaſi viam trāſeūtibus. Secūdū malū ē diſtractio ſiue dilaceratio cordis: Quot enī ꝓbendas vel alias ſollicitudines habet quis: tot diuiſionibus diuiſum eſt cor eiꝰ. Tales em̄ bene indigerēt ſapiēti medico: qui cito poſſet ⁊ ſciret reintegrare cor eoruʒ: quia prope interitū ſūt: ſicut dicitur Oſee. x. a. Diuiſum eſt cor eorum: nunc interibunt. Propꝫ qḋ miſertꝰ eoꝝ dn̄s/ dicit Eſa. xviij. a. Ite angeli veloces ad gentem ꝯuulſam ⁊ dilaceratā: ad populū terribilem poſt quem nō eſt alius. Tertium malum eſt ludibrium: Nā de mente male ſollicita ludunt res de quibus eſt ſollicita: Et eſt hic ludus qui vulgo dr̄ trahipiliū. Quaſi enim pilos capitis mentem trahunt res ex omni parte: dum ꝑ varias cogitationes ac deſideria illam rapiūt et bonis cogitationibus omnino depilāt. De quo Eſa. xxij. f. Mittet te dominus in terraʒ latam ⁊ ſpacioſam q̄ſi pilam ibiq̄ morieris.

O Mnia tempus habent. Expoſi. Capi. III
Supra docuit ſalomon incertum ⁊ fluctuantem ſtatum conditionis humanę: ſicut dicit Hieroꝰ. In h̄ tertio capitulo oſtēdit oīa quę ſub ſole ſūt ſibi eſſe ꝯtraria: et nihil ſtare perpetuum: Subſtantię enim ſpirituales nec loco
Ad litterā nec tempore continentur. Iuxta litteram ergo oſtendit ſalomon rerum tranſeuntiū durationem ⁊ tranſitum limitorum:
Myſtice q̄ omnia metas ſuas habent ſibi a deo pręfixas. Myſtice etiam cerimonię ⁊ figurę legis tempus ſuū habuerūt vſq̄ q̄ ſcilicet veritas appareret: ſed veritate coruſcante ceſſauerunt figurę: Signis enim non vtimur niſi propter abſentiam veri
Moraliter tatis. Moraliter etiam diabolus tempꝰ ſuū habet: quo in ſeruos dn̄i debacchatur: ſed cito finietur. Unde Apoc. xij. c. Uę terrę et mari quia deſcendit diabolus ad vos/ habens iram magnam: ſciēs quia modicū tempus habet. Uirga etiā et ferula et flagella tempꝰ habent q̄diu neceſſaria eſt eruditio: et fornax tempus habet q̄diu neceſſaria eſt purgatio: et mallei fabriles tempus ſuū habent q̄diu neceſſaria eſt fabricatio: nouacula etiaʒ tempꝰ ſuū habet q̄ radi neceſſe habemꝰ contra venturam ſolennitatē ęternę iocunditatis: ibi em̄ nullus admitteꝰ niſi raſus. Qḋ ſignificatū eſt Gen̄. xlj. b. vbi legitur: Protinus ad regis imperiū eductuʒ de carcere totonderūt ioſeph/ ac veſte mutata obtulerūt regi. Sed poſtq̄ ſolennitas illa aduenerit/ non erit vltra neceſſaria nouacula: q̄ pili noxiarum cogitationū ⁊ affectionū non renaſcenꝰ vlterius ſicut modo. Propꝫ qḋ dicit Eſa. vij. d. In die illa radet dominus in nouacula acuta in his qui tranſ flumen ſunt in rege aſſyriorum caput: et pilos pedum et barbam vniuerſam. Item ſicut dicit Augꝰ: palee tempus ſuum habent/ ſuſtinēdi/ portandi/ nutriendi/ cuſtodiendi grana: ſed non erunt neceſſarię granis reconditis in horrea dn̄i. Grana vocat electos: paleas reprobos: flagella q̄bus grana a paleis ſeparantur tyrannos.

l O Mniā tp̄s Ca. III
m habent: et ſuis ſpa
n cijs trāſeunt vni
o
p uerſa ſub cęlo. Tempus na
q ſcendi et tempus moriendi.

A Unde Eſa. x. b. Uirga furoris mei aſſur: id ē nabuchodonoſor. Uniuerſaliter ergo verū eſt: quia omnia tempus habent quo fieri vel non fieri debent. Unde Eccī. xxxix. d. Omnia in tempore ſuo cōprobabunꝰ: alioq̄n nō placent. Un̄ Eccī. xx. c. Ex ore fatui reprobabitur parabola: nō enī illā dicit in tempore ſuo: Hō vero ſapiens tacebit vſq̄ ad tempus. Dicit ergo l Omnia: tam bona q̄ mala: m Tempus habent/ congruum ſibi q̄ fieri vel non fieri debent. n Et ſuis ſpacijs/ pręfixis a deo: o Tranſeunt vniuerſa ſub ſole: quę ſcilicet mutabilitati ſubiecta ſūt ⁊ cum tempore currūt: Ea vero quę ſupra ſolem ſunt tranſeunte tempore ſtant: et ſic ſtaret homo ſi non peccaſſet. p Tempus naſcendi ⁊c̄. Littera plana eſt. Myſtice vero exponitur de Myſtice
populo iudaico ſic: p Tempus naſcendi/ iſrael ad cultum dei fuit: quando introducti ſūt in terram promiſſionis. q Et tempus moriendi: id eſt in captiuitatem ducendi quando trāſgreſſi ſunt mandata dn̄i. Moraliter p Tempus naſcendi: eſt tota vita pręſens/ qua debemus naſci Moraliter
dn̄o per pęnitentiam: quę incipit a timore dn̄i. Eſa. xxvj. d. ſm̄ aliam tranſlationem. A timore tuo dn̄e concepimus: et quaſi parturiuimꝰ ⁊ peperimus ſpiritum ſalutis. Hoc contra multos dicitur: qui multis annis conceptū boni propoſiti geſtant in vtero cordis ſui: ⁊ nunq̄ pariūt per effectū: ſemper pręgnantes/ nunq̄ parientes. Multi ſunt qui iā diu forte duobus annis monachum vel alium bonum virum geſtauerunt ⁊ adhuc non poſſunt parere. Unde dicit Eſa. xxxvij. 4. Reg. 19.
a. Uenerunt filij vſq̄ ad partū ⁊ virtus non eſt pariēdi. Forte parerent ſi medulliꝰ attenderēt illud Matth. xxiiij. b. Uę parientibus in illis diebus. Sed adhuc magis mirabile eſt: quia quidam ante partum de monacho faciunt canonicum: de canonico clericum: de clerico militem: quia tota die variant propoſitum. Unde poſſet eis dominus dicere/ ſicut iacob de laban dixit vxoribꝰ ſuis: Paꝰ veſter circūuenit me et Gen̄. 31. a.
mutauit mercedem meam decem vicibus. Similiter dicitur hoc cōtra illos q̄ tempus debitū pariēdi nō expectāt: q̄ adhuc pueri vel infantes monachi fiūt a parentibꝰ ſuis: ⁊ ideo ſępe abortiuum faciunt: ⁊ puerperia informia quę non viuūt vita ſcilicet gratię. Unde ſępe dicunt illud Iob. iij. a. Pereat dies in qua natus ſum: ⁊ nox in qua dictum eſt: cōceptus eſt homo: id eſt maledicta ſit dies in qua factus ſum monachus. Itē eſt tempus naſcendi ad prelationē: ſcilicet cōſummatam vitę ⁊ ſapientię ętatem: quia vt dicit philoſophus: Nemo iuuenes eligit duces. Et apoſtolus. j. Timoth. iij. a. Oportet epiſcopū irreꝑhēſibilē eſſe/ vnius vxoris virū: ſobrium/ ornatum/ prudentem/ nō neophytū. Sed quidā auiditate fęminea pręripiūt dignitates ⁊ in eas rupta maceria irrumpunt: Sicut legitur de phares: Gen̄. xxviij. g. Huiuſmodi hoīes ventrē matris eccleſię dilacerant ⁊ dirumpunt ꝑ ſciſſuras ⁊ ſchiſmata quę faciūt in ſuo partu. Uix alicubi partus integer naſcitur: quia raro aliquis canonice eligitur: ſed fruſtratim de ventre matris extrahitur violenter a paucis electoribus. Quęlibet natiuitas mortem ſuā habet: Unde ſequiꝰ: q Et tempus moriendi/ peccato poſt natiuitatē pęnitētię: Ad quā mortē iuitat apl's/ Coll'. iij. a. Mortificare
mēbra veſtra

a b Tēmpus plātandi: ⁊ tēmpꝰ
euellendi qḋ plantatum eſt.
c d Tēmpus occidēdi: ⁊ tēmpꝰ
e ſanādi. Tēmpus deſtruen/
f g di: ⁊ tēmpꝰ ędificādi. Tēm/
h pus flēdi: et tēmpꝰ ridendi.

membra veſtra q̃ ſunt ſuꝑ terram. Ro.vj.a. Qui mortui ſu/
mus peccato/quō adhuc viuemꝰ in illo: Itē pꝰ natiuitatē re/
ligionis moriēdū mūdo ē. Gal.vj.d. Mihi mūdus crucifixꝰ
eſt: ⁊ ego mūdo. Poſt natiuitatē ꝓlationis moriendū eſt pa/
rētibus. Ro.viij.c. Fratres: debitores ſumꝰ/nō carni vt ſcḋm
carnē viuamꝰ. ij. Co/
rinth.iiij.c. Mortifi/
cationē chriſti ieſu ſꝑ
in corpore noſtro cir/
cūferentes: vt et vita
ieſu manifeſtet in cor/
poribꝰ noſtris. Sunt
Heb.7.a. em̄ de origine melchiſedech: q̄ nec patrē nec matrē nec parē/
tes legit habuiſſe. a Tempꝰ plantādi ⁊ tempꝰ euel/
Myſtice lendi. Myſtice: Tempꝰ plantādi iſrl' in terra ꝓmiſſionis
poſt exitū de ęgypto fuit/mortuo moyſe ſub ioſue ſucceſſore
Pſ.79. eius. Vn̄ Pſ. Vineā de ęgypto trāſtuliſti: eieciſti gentes et
plantaſti eā. b Et tēpꝰ euellēdi/eam de terra ꝓmiſſiōis
fuit tpe ſennacherib/ ⁊ nabuchodonoſor/et titi/ ⁊ veſpaſiani.
Pſ.79. Vn̄ Pſ. Vt qd dn̄e deſtruxiſti maceriā eꝰ ⁊c. Hiere.xlv.d.
Ecce q̄s ędificaui deſtruā: ⁊ q̄s plantaui euellā: ⁊ tu q̄ris tibi
grandia. Itē tempus plātandi cerimonias ⁊ legem terribilē
fuit/q̄diu paruulꝰ fuit ꝑplus dei/luxurię ⁊ idolatrię deditus:
q̄ ꝑ timorē ⁊ cultū ꝯriū curādę erāt: Tempꝰ aūt euellēdi iſta
fuit ipſo ꝑplo dei iā adulto ⁊ eruditione ꝓuecto: vt impleret
illud. j. Cor.xiij.c. Cū eſſem paruulꝰ loq̄bar vt paruulꝰ: ſa/
piebā vt paruulꝰ: cogitabā vt paruulꝰ: qn̄ autē factꝰ ſum vir
euacuaui ea q̄ erāt paruuli. Itē tp̄us plantandi eccl'iā ⁊ euā/
gelicā doctrinā fuit nato dn̄o ieſu: Et tempꝰ euellēdi figuras
Moraliter ⁊ vmbras legaliū. Moraliter: a Tempꝰ plantādi
virtutes ē poſt foſſionē t̄rę liberi arbitrij vomere cōtritiōis:
eradicatis penitꝰ radicibꝰ vitiorū ligone cōfeſſiōis. Ante em̄
nō ē tēpus plantādi v̄tutes: ſed potꝰ euellēdi radices peſti/
feras vitiorū. Et ita tp̄us euellēdi qḋ poſtponit in lr̄a/ ꝓcedit
i ope. Vn̄ videt ꝙ ꝑus ſit remiſſio pctōꝝ q̄ꝫ infuſio gr̄ę. Qḋ
videt innuere Glo. q̄ dicit. Non poſſumꝰ ędificare bona niſi
ꝑus deſtruxerimꝰ mala: ſic dictū eſt/ Hiere.j.b. vt ante era/
dicaret ⁊ effoderet ⁊ diſꝑderet: ⁊ poſtea plātaret ⁊ ędificaret.
Itē Hiere.iiij.a. Nouate vobis nouale: et nolite ſerere ſuꝑ
ſpinas. Et Boetiꝰ in libro de ꝯſolatiōe. Quiſq; ingeniū vult
ſerere agrū ꝑmū fructibꝰ liberet. Cōtra. Fide mūdat cor a
peccato: vt dr̄ Act.xv.b. Itē lumē ſolis ꝑus eſt naturalit' q̄ꝫ
fuget tenebras: ſed gr̄a ē lumē aīę/pctm̄ tenebrę: ḡ ⁊c. Itē tē/
pꝰ plātādi bonas arbores i horto dn̄i.i.i eccl'ia/nō ē: ſꝫ hor/
tolani.i. ꝓlati plantāt ſpinas ⁊ vepres.i. aduocatos/ſciſſuras
⁊ ſciſmata faciētes: ⁊ vrticas prurietes.i. nepotulos vagiētes:
obliti ꝙ etiā lex ſecl'aris illos punit/ q̄ herbas peſtiferas ſe/
mināt i alienis agris: quāto magꝭ puniet hortolanos ſuos.i.
ep̄os qui agros eccl'ię ſibi ad excolēdū cōmiſſos ſpinis ⁊ ve/
pribꝰ ⁊ vrticis replent. Tempꝰ aūt euellendi veniet: qn̄ im/
plebit illud/ Matth.xv.b. Ois plātatio quā nō plātauit pr̄
meꝰ cęleſtis/eradicabit. Itē eſt tempꝰ plantādi triticū verbi
dei: ſicut ap̄lus.j. Cor.iij.b. Ego plantaui apollo rigauit:
deus aūt incrementū dedit. Et eſt tempꝰ euellēdi çiçania hę/
retice doctrinę: ita tamē ꝙ nō eradicet ſimul ⁊ triticū: ſic do
cet dn̄s/ Matth.xiij.d. c Tēpꝰ occidēdi ⁊ tēpꝰ ſanā/
Myſtice di. Myſtice: Tempꝰ occidēdi fuit: qn̄ miſit dn̄s angelū et
occidit maſculos ęgyptiorū. d Et tēpꝰ ſanādi.i. iudęos
a ſeruitute ęgyptiaca liberādi: Exo.xij. Itē ē tēpus occidēdi
impios: ⁊ tempꝰ ſanādi penitētes: qḋ ſolus dn̄s fac: iuxta illḋ
Deut.xxxij.f. Ego occidā/ ⁊ ego viuere faciā: ꝑcutiā ⁊ ego ſa/
nabo.j. Reg.ij.a. Dn̄s mortificat ⁊ viuificat: deducit ad in/
feros ⁊ reducit. Job.v.c. Increpatiōes dn̄i ne reprobes: q̄
ipē vulnerat ⁊ medet: ꝑcutit ⁊ manꝰ eius ſanabūt. Itē tempꝰ
occidēdi tauros ⁊ altilia ad ꝓparandū ꝯuiuiū nuptiale: id eſt
ap̄los ⁊ martyres fuit in ꝑncipio naſcētis eccleſię: ſicut legit
Matth.xxij.a. Dicite inuitatis: ecce prandiū meū paraui:
tauri mei ⁊ altilia occiſa ſunt: et omnia parata ſunt/venite ad
nuptias. Tempꝰ ſanandi/plagā ⁊ ſtragē iſtā fuit tempore
cōfeſſorū. Itē tempus occidendi veterē hominē eſt tempus
ꝓſens: Et idem eſt tempus ſanādi nouū: q̄ interfectio vete/
ris homīs eſt ſanatio noui. De hoc dicit Eph.iiij.e. Depo/
nite vos ſcḋm priſtinā cōuerſationē veterē hominē qui corrū/
pit ſcḋm deſideria erroris: renouamini aūt ſpiritu mētis vr̄ę:
⁊ induite nouū hominē q̄ ſcḋm deū creatus eſt i iuſticia et ſan/
ctitate veritatis. Item
tempꝰ ē mō occidendi
pctōres gladio verbi
dei: ſicut dictū eſt pe/
tro/ Act.x.b. Occide
petre ⁊ māduca. Hie/
re. xlviij.b. Maledi/
ctus q̄ ꝓhibet gladiū ſuū a ſanguīe. Et hocipſum eſt tempꝰ
ſanādi vulneratos peccati medicamine v̄bi dei. Sap.xvj.b.
Neq; herba neq; malagma ſanauit eos: ſed tuꝰ ſermo dn̄e q̄
ſanat omnia. Itē modo eſt tempꝰ deo occidēdi corporalit' ⁊
ſpaliter: in futuro erit tempꝰ ſanādi: qn̄ alligauerit dn̄s vulnꝰ
ꝑpl'i ſui: ⁊ ꝑcuſſuram plagę eius ſanauerit: vt legit Eſa.xxx.f.
Qn̄.ſ. abſorbebit mors ī victoria: vt dicit.j. Corinth.xv.g.
e Tempꝰ deſtruendi ⁊ tempꝰ ędificādi. Ad litterā Ad litteram
tp̄us deſtruēdi templū fuit ſub nabuchodonoſor.iiij. Reg.
xxv.c. Et tempꝰ ędificandi illud/ſub cyro.j. Eſdre ꝑ totum: ⁊
Aggei ꝑ totū. Myſtice: e Tēpꝰ deſtruēdi/ſynago Myſtice
gā ⁊ cerimonias/fuit nato iohāne baptiſta. Et ſilr/ f Tem/
pus ędificādi/eccleſiā ⁊ ſpūalia. Vn̄ Matth.xj.b. Oēs
ꝓphetę ⁊ lex vſq; ad iohannē ꝓphetauerūt. Moraliter: Moraliter
e Tempus deſtruēdi/babylonē ⁊ hiericho.i. mētis cō/
fuſionē/ ⁊ inſtabilitatē: quā diabolus ędificat i nobis/eſt mō.
f Et tempꝰ ędificandi/templū dei.i. puritatē ⁊ ſtabilita
tem cōſcientię: quā diabolꝰ deſtruit quātū poteſt. Joſue.vj.
d. Maledictꝰ vir corā dn̄o q̄ ſuſcitauerit ⁊ ędificauerit hieri/
cho ciuitatē. Itē/tempꝰ ē deſtruēdi/ aceruos lapidū/ q̄s
loco domꝰ eccl'ię coaceruāt ꝓlati: Nō em̄ ē eccl'ia domꝰ dei:
ſed aceruus lapidū ſine ordine et cemento charitatis in vnū
coadunatorū: ſicut dicit Mich.iij.d. Hieruſalē in aceruum
lapidū erit. Hos aceruos tempꝰ ē deſtruēdi ⁊ tempꝰ ędificā/
di.i. eadē domino faciendi. g Tempꝰ flendi ⁊ tempus
ridendi. Ad litteram: tempꝰ flendi euerſionē templi fuit ſub Ad litteram
nabuchodonoſor: Hiere.lij. h Tempꝰ/vero/ridēdi/in
reędificatiōe ſub eſdra ⁊ zorobabel ⁊ neemia.j. Eſdrę ꝑ totū.
Myſtice: g Tempꝰ flendi/eſt q̄diu cauſa fletꝰ ꝑma/ Myſtice
net: Quę quadruplex ē.ſ. dei iniurię ⁊ ꝯtumelię: animarū ſtra
ges/incolatus ꝓſentis miſerię/dilatio patrię. Et q̄diu eſt vti/
litas lachrymarū: Quę multiplex eſt. Prima ē placatio/imo
ad miſerādū coactio. Vnde Glo. ſuꝑ Tob.iij.b. vbi dicit de
ſara filia raguelis: Ad hanc vocē ꝑrexit in ſupius cubiculum
domus ſuę: ⁊ tribus diebus ⁊ tribus noctibus non māduca/
uit neq; bibit: ſed in oratione ꝑſiſtens/cum lachrymis depre/
cabatur deūm vt ab iſto improperio liberaret eam: ſic dicit:
Oratio deū lenit/ſed lachryma cogit: hęc vngit/ illa pungit.
Secunda eſt extinctio pęnarum. Tertia ablutio culparum.
Quarta irrigatio mētis ad fęcūditatē bonorū operū. Quin/
ta extinctio ardoris temptationū. Sexta reſinceratio ⁊ clari/
ficatio mentis ad ſpeculandū in ea clarius ſicut in ſpeculo to
to. Et hanc ponit Gregoriꝰ ſuꝑ Job. Flendi ergo mō quat/
tuor exiſtant cauſę/ ⁊ vtilitates ſex: quibꝰ cauſis ⁊ vtilitatibꝰ
ceſſantibꝰ/ſine dubio nō erit tempꝰ flendi: Sed erit/ h Tē/
pus ridēdi: q̄ tūc aderit omniū deſiderabiliū plenitudo ⁊
omniū defectuū ⁊ moleſtiarū euacuatio. Apoc.xxj.a. Abſter
get deus omnē lachrymā ab oculis ſāctorū ſuorum: ⁊ mors
nō erit vltra/neq; labor neq; dolor/ quę ꝑma abierūt. Idem
Eſa.xxv.c. Nūc flet eccleſia cum filijs ſuis: mūdus aūt gau
det: in futuro ridebit eccleſia/ mūdus autem plorabit. Vnde
Joh.xvj.e. Mulier cum parit triſticiā habet: quia venit ho
ra eius: cum autē peperit puerū/iam nō meminit ꝓſſurę pro/
pter gaudiū: q̄ natus eſt homo in mundū. Differt autē gau/
diū mūdi ꝓſens: ⁊ gaudiū eccleſię futurū. Illud ſuꝑficiale et
forinſecū eſt: iſtud v̄o ſic intima cordis replet/ vt exterius in
laudem dei reſultet. Vnde Job.viij.d. Deus nō ꝓijciet ſim/
plicē: nec porriget manū malignis; donec ipleat riſu os tuū/

a b Tēmpus plangēdi: ⁊ tēmpꝰ
c ſaltandi. Tēmpus ſpargēdi
d lapides: et tēmpꝰ colligēdi.
e f Tēmpꝰ amplexādi: ⁊ tēmpꝰ
lōge fieri ab amplexibꝰ. Tē
g h pūs acq̄rēdi: ⁊ tēmpꝰ ꝑdēdi.

⁊ labia tua ſubſlo. a Tempus plangendi/cum iudeis
in captiuitate facta per nabuchodonoſor.iiij. Regl.xxv. b
Et tempus ſaltandi/ i reditu de babylone ſub cyro. Uel
Tempus plangendi/ in captiuitate arce per philiſteos
.j.Regl.iiij.b. Et tempus ſaltandi/ in reditu eiuſdem
arce in bethſames. j.
Regl.vj.c.
Moraliter Moraliter: a Tē/
pus plangēdi/pec
cata i quadrageſima:
b Et tempus ſal/
tandi/i paſcha: quia
1.Pet.2,a. tunc nouelli ſunt filij eccleſie: quaſi modo geniti infantes/ra/
tionabiles tamē ſine dolo. Uel/Tempus plangēdi/fra/
tres ⁊ filios mortuos in peccato/cum rachel: Hiere.xxxj.c.
Uel ſpōſum amiſſum vel dilatū: vel p̄ſentem miſeriā cū axa:
Judicl.j.c. Hoc tempus modo ē. Et idē eſt tempus ſaltādi
⁊ tripudiādi ad concentū cithare dn̄ice: ſic dauid ante arcam
.ij. Regl.vj.c. Alioquin ip̄roperabit nob illud Matth.xj.
b. Cecinimus vobis ⁊ non ſaltaſtis/ bene oꝑando: lamētaui/
mꝰ vobis ⁊ nō plāxiſtis. Doctores cātant nobis: quādo gau/
dia eterna ꝓmittunt. Lamētant: quādo penas eternas cōmi/
nant. Uis audire citharedū cātantē.ſ.iohannē baptiſtā: Au/
Matth.3.a. di dicētē: Facite dignos fructꝰ penitētie: appropinquabit em̄
regnū celorū. Uis audire lamentantē: Audi illud: Jā ſecu/
Ibidem.c. ris ad radicem arboris poſita eſt: Omnis ergo arbor que nō
facit fructū bonū excidet: ⁊ in ignem mittet. Tempus ſal/
tandi/eſt modo.i. vtroqꝫ pede ſe a terrenis auellendi et ſali/
endi in celum: Alioquin piſcis qui nō habet pennulas quibꝰ
ſalire poſſit/immūdus eſt: Leuit.xj.b. Sed multi vnico pe/
de volunt ſalire in celum/reliquo remanēte ⁊ infixo in terra.
Intellectu enim ſaliunt in ſpeculationē celeſtium: ſed affectu
infixi remanet in amore temporaliū. Quomō autē ſaliendū
eſſet/nō omnes ſciūt: ſicut piſcis vl' ceruꝰ. Piſcis em̄ ex ſola
pinguedine ſalit: ſic hō ex ſola pinguedie charitatl ⁊ alacrita/
te ſpei ſalire debet/nō ex vana leticia mūdi. Ceruꝰ ſalit lutoſa
⁊ ſpinoſa ⁊ hiantia ne capiat: ſic hō trāſilire delitias/diuitias
⁊ honores mūdi/ne a diabolo capiat: q̄ quaſi venator circūit
q̄rēs quē deuoret.j. Pet.v.b. De h dicit Eſa.xxxv.b. Deus
ipſe veniet ⁊ ſaluabit nos: tūc aperient oculi cecorū ⁊ aures
ſurdorū patebunt: tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: ⁊ aperta
erit lingua mutorū. c Tempus ſpargendi lapides/
templi ⁊ ciuitatis: vel iudeos lapideos. d Et tempꝰ col
ligendi/in reedificatiōe templi ⁊ ciuitatl. Hieronymꝰ dicit
hic: Miror ſi vir ſapiens dixerit hec de edificatione domo/
Horaciꝰ li.1. epiſtolaꝝ rū: ſm illud Horacij: Diruit edificat mutat quadrata rotū/
dis: Eſtuat/⁊ vite diſcōuenit ordine toto. Sꝫ vtrū vere an ꝑ
metaphorā/lectori reliquo: Nos ṽo intelligimus hoc ſm il/
lud quod dicitur/ Matth.iij.b. Potens eſt deus de lapidi/
bus iſtis ſuſcitare filios abrae: id eſt gentiles lapideos fide/
les facere. Tempus em̄ fuit ante aduentū domini ſpargendi
gentes: Et poſtea fuit tempus colligendi eas in vnitate fidei.
Item tempus fuit diſpergendi lapides.i.iudeos lapideos ꝑ
mundū/tempore titi ⁊ veſpaſiani: Et tempus erit colligendi
in fine mundi ꝑ heliam et enoch. Item tempus eſt ſpar/
gendi lapides: id eſt ſanctos p̄dicatores ꝑ mundū: quod
fuit qn̄ dominꝰ dixit: Ite docete omnes gentes ⁊c. Matth.
xxviij.d. Tempus/ṽo/colligendi/eos ē: quādo dominꝰ
aſſumit eos de mundo ad ſe. De iſtis lapidibus dicit Zach.
ix.d. Lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram.
Moraliter Moraliter: per lapides/ intelligit aſpera correctio. Unde
Exo.xix.b. Omnis qui tetigerit montē morte morietur: Ma/
nus non tanget eum: ſed lapidibus opprimet: id eſt duris in/
crepatiōibus. Eſt igit ſenſus: c Tempꝰ ſpargendi la/
pides/ē aliqn̄ aſpere icrepādi: dū.ſ.peccāt homies. d Et
tempus colligēdi.i. increpationes mitigandi/ dū ceſſant
peccare. Et hoc eſt quod legit/ Lucl.x.f. q̄ ſamaritanus in/
fundit in vulnera ſauciati vinum ⁊ oleū. Item ꝑ lapides intel
ligunt peccata: que animā lapideam: id eſt duram efficiunt.
Unde Eccl.xxij.c. Qui mittit lapidē in volatilia: id eſt in vir/
tutes quibꝰ volat in celū: deijciet ea. Et eſt ſenſus: c Tem
pus ſpargēdi lapides: id ē peccata ꝑ diſcretā et imuta/
tam confeſſionē: vt mūdatus ager anime poſſit fructificare.
d Et tempꝰ colligēdi/ lapides.i. peccata q̄ſi in aceruū
vnum recogitando ad dolēdū. Unde Hiere.l.d. Tollite de
via lapides ⁊ redigite
in aceruos. Et ſunt hi
aceruí/duri ⁊ amari: ſi/
cut faſciculus myrrhe:
De quo ſponſa/Can/
ticl.j.d. Faſciculꝰ mir/
rhe dilectus meꝰ mihi
inter vbera mea cōmorabit. e Tempꝰ amplexandi ⁊
tempꝰ lōge fieri ab amplexibꝰ. Hoc planū ē ad litterā
de ꝓprijs vxoribꝰ. Myſtice: e Tempꝰ/fuit deo/ am/ Myſtice
plexandi/iſrael: qn̄ dictū ē: Creſcite ⁊ multiplicami: Gen̄.
j.d. f Et tempus longe fieri ab amplexibus/du/
cendo in babylonicā captiuitatē: vbi fecit eos computreſcere
ſicut lumbare hieremie: ꝑ qd̄ ſignificat populus iudaicus: de
quo dicit Hiere.xiij.a. Tolle lumbare quod eſt circa lūbos
tuos: ⁊ cōſurgēs vade ad euphraten ⁊ abſconde illud ibi i fo/
ramine petre. Item ad litterā: e Tempus/eſt aliquādo/ Ad litteram
amplexandi/ vxores. f Et tempus eſt longe fieri
ab amplexibus/vxorum.ſ. tempore orationis: ſicut dicit
apoſtolꝰ.j. Corinth.vij.a. Nolite fraudare inuicē: niſi forte
ex conſenſu ad tempus vt vacetis orationi. Diebus enim fe/
ſtiuis et ieiuniorū abſtinere debent cōiuges ab amplexibus.
Tamē ſi alter improbus exiſtat in petendo debitū: non indi/
cimus alteri legem negandi. Tempore etiā luctus ⁊ afflictio/
nis eccleſie ceſſandū eſt ab amplexibus: qd̄ inſinuauit domi/
nus/Gen̄.vij.c. vbi ſeorſum viros/ſeorſum vxores eoꝝ iuſſit
intrare in arcā: viij.c. cōiunctim iuſſit exire.q.d. nūc eſt tem/
pus amplexādi. Hoc ē qd̄ dicit Zach.xij.d. In die illa ma/
gnus erit planctus in hieruſalē: ſicut planctus adremmon in
campo magedon: Et plangent terre familie ⁊ familie ſeorſū.
Familie domus dauid ſeorſum: ⁊ mulieres eorum ſeorſum.
Moraliter: e Tempus amplexandi/ſponſum eſt Moraliter
tempus cōtemplatiōis: vbi ſponſa oſculis ⁊ amplexibꝰ ſpon
ſi iocūdat. Iſaac em̄ cū rebecca aliqn̄ iocatur: Gen̄.xxvj.b.
f Tempus longe fieri ab amplexibus/ eſt quando
ꝓximorū neceſſitas ⁊ ſalutaris vtilitas exire ad actiuā requi/
rit. Unde ſponſus aliquādo vocat ſponſam ad campū actio/
nis: aliquādo quieſcere iubet in lecto contemplationis. Ego
inquit flos campi ⁊ liliū cōuallium: Cantl.ij.a.q.d. qui vult
me habere inueniet in cāpis ſilue. Poſtea dicit: Adiuro vos
filie hieruſalem per capreas ceruoſqꝫ camporū: ne ſuſcitetis
neqꝫ euigilare faciatis dilectā meā: quoadulqꝫ ipſa velit: Cā/
ticl.ij.b. Item aliquādo eſt deo tempus amplexādi nos leua
p̄ſentis ꝓſperitatis/ne.ſ.in aduerſis deficiamus. Unde Pſ.
Da nobis auxiliū de tribulatione. Aliquādo eſt tempus lon/ Pſ.59.
ge fieri ab amplexibꝰ: tempore.ſ. ꝓſperitatis/ne ſupbiamus:
vt tunc vexatio det intellectū auditui. Unde ſponſa/Cantl. Eſa.28.c.
vltl.d. Fuge dilecte mi: aſſimilare capree hinnuloqꝫ ceruorū
ſuper montes aromatum. g Tempus acquirendi
iudeos fuit ſub moyſe ⁊ ioſue. h Et tempus perden/
di/eos ſub oſee rege iſrl': ⁊ ſub ſedechia rege iuda. Uel/tem/
pus acquirendi/gentes perditas: Et tempus perdē/
di/ iudeos perfidos/fuit poſt mortē domini ⁊ aſcenſionem.
Item tempus eſt modo p̄latis acquirendi animas chriſto:
Et tempus eſt perdendi eaſdem lupis infernalibus vbiqꝫ in/
ſidiantibus. Propter quod precipit p̄latis vigilare. Item
Tempus eſt acquirendi/vitam eternam: Et tempus
ꝑdendi/vitam temporalem pro chriſto. Qui em̄ amat ani/
mā ſuam perdet eam: ⁊ qui odit animā ſuam in hoc mūdo/in
vitam eternā cuſtodit eam: Joh.xij.d. Item tempus eſt
acquirendi/ diuitias ſpirituales q̄ diu nūdine durant: in
quibus clamat chriſtus: Suadeo tibi emere a me aurū igni/
tum/probatū vt locuples fias: Apocl.iij.d. Nūc etiā multl
eſt tempus perdendi/diuitias iſtas: qui plus amāt diui/
tias tempales q̄ ſpirituales: et ideo has acquirūt: illas per/
dunt. Item modo eſt

dunt. Item modo eſt tempus acquirendi vinū ⁊ triticum ſa/
cre doctrine/ quibus cellaria cordis replenꝭ: ſicut legiꝭ Pro/
uerb. xxiiij. a. In doctrina replebūꝭ cellaria vniuerſa ſubſtā/
tia ꝓcioſa ⁊ pulcherrima. Et eſt tempus perdendi vinum et
triticum ſcripture/ niſi doceaꝭ vtiliter/ ⁊ opere impleaꝭ/ ⁊ hu/
militate cuſtodiatur.

Item tempus acqui/
rendi diuitias tempo/
rales fuit eccleſijs in
principio: quādo fer/
uoꝝ religiōis vigebat:
Nunc autem eſt tem/

a Tempus cuſtodiendi: ⁊ tem/
b pus abijciendi. Tempus
c ſcindendi: ⁊ tempus conſu/
d endi. Tempus tacendi: et
e tempus loquēdi. Tempus
f dilectionis: et tempus odij.
g

pus perdendi eas: Nam ſicut ꝓncipes ſtudioſi fuerunt tunc
ditare eccl'ias: ita mō ꝙplures ſtudioſiores ſꝭ ſpoliare eccle/
ſias ⁊ depauperare. a Tempꝰ cuſtodiēdi/ fideles cōuer/
ſos ex gētibꝰ. b Et tēpꝰ abijciēdi/ īfideles iudeos. Itē
Tempꝰ/ ē/ cuſtodiēdi/ pctōres ſub defenſiōe eccl'ie ꝙdiu
ſpes ē de ſalute eoꝝ. Et tempꝰ abijciēdi: qū incorrigibi/
les ⁊ omnino ꝑuerſi ſunt. Item Tempus cuſtodiendi
iudeos fuit vſqꝫ ad aduentū chriſti: Et tūc fuit tempꝰ abij/
ciendi/ eos: qꝛ ipſi dn̄m abiecerūt. Itē tempꝰ fuit cuſto/
diendi legalia ꝙdiu vtilia fuerūt ⁊ charitati militabāt: Et
tempus abijciendi ea/ ꝙcito inutilia eſſe ceperūt. Item tem
pus cuſtodiendi/ ſpiritualia: Et tempus abijciendi
temporalia quaſi fimū: qui diſperſus vtilis eſt: cōgregatus
nociuus. Ve autē illis ⁊ vtinam nō multis: qui ecōtrario fa/
ciunt: qui. ſ. toto ſtudio totiſqꝫ viribus temporalia cuſtodiūt
⁊ defendūt: ſpiritualia abijciunt ⁊ negligunt quaſi fimū. Ta/
les ꝓprie ſunt rotabula eccleſie: id eſt inſtrumēta quibus lu/
tum de plateis extrahiꝭ/ ⁊ congregaꝭ in vnū. De quibus di/
citur Abacuk. ij. b. Ve ei qui multiplicat non ſua: vſqꝫquo
aggrauat cōtra ſe denſum lutum? Qui ꝟo querūt eccleſias/ ⁊
intitulanꝭ in illis vt temporalia inde reportent/ vel potius
abſortent: nihil aliud ſūt ꝙ cenofora: id eſt ſtercoruꝫ euecto/
Ps. 80. ria: De quibus poteſt dici: Manus eorum in cophino ſer/
uierunt. Item tempus cuſtodiēdi coꝛ ſuum in vnum eſt
hora contemplationis ⁊ oratiōis. Et tempus abijcien/
di/ hora actiue adminiſtratiōis. c Tempus ſcinden/
di/ regnū iſrael ſub roboam filio ſalomonis. iij. Reg. xij. d.
d Et tempus conſuendi regnum iſrael erit ī fine: quā/
do ꝑ heliam ⁊ enoch conuertenꝭ corda patrū in filios: et cor/
da filioꝝ ad patres eorum: Malach. vlt. b. Quādo lignum
ioſph ⁊ lignū iuda erūt vnū lignū: vt legiꝭ Ezech. xxxvij. e.
Quādo alie oues adducenꝭ ad ouile: ⁊ fiet vnum ouile ⁊ vnꝰ
paſtor: Joh. x. c. Item/ tempus ſcindendi/ ſaccum do/
minici corporis/ fuit tempore paſſionis. Et tempus cōſu/
endi/ fuit in die reſurrectiōis: quādo reparatus eſt ſaccus et
Ps. 29. renouatus: ſicut legiꝭ in Ps. Conſcidiſti ſaccū meū: ⁊ circū/
dediſti me leticia. Itē/ tempꝰ ſcindendi/ eccleſiā ꝑ here/
ſes ⁊ ſchiſmata olim fuit/ ⁊ etiā modo eſt: ⁊ hoc tempus ē fi/
lijs belial: Sed filijs chriſti eſt tempus conſuendi ſciſſuras
eccleſie: que multe ſunt: ⁊ multi ſciſſores/ pauci ꝟo ꝯſutores:
Et tamē tempus eſſet cōſuendi illam: quia totus vterus la/
ceraꝭ. Unde plangit/ Gen̄. xxv. c. Deꝓcatus eſt iſaac domi/
nū ꝓ vxore ſua: eo ꝙ ſterilis eſſet: qui exaudiuit eum ⁊ dedit
conceptū rebecce: ſed collidebanꝭ in vtero eiꝰ paruuli/ ⁊ ait:
Si ſic mihi futurum erat/ quid neceſſe fuit concipere?
Moraliter Moraliter: c Tempus ſcindendi/ corda ꝑ penitu/
dinem eſt modo velut vtres diaboli: vt effundaꝭ omnis ſpur/
citia peccatoꝝ per confeſſionē. Unde Joheł. ij. c. Scindite
corda veſtra ⁊ non veſtimēta veſtra: id eſt virtutes. d Et
tempus cōſuendi/ corda ꝑ renouationē bone vite/ vetu/
ſtate peccatoꝝ detrita/ ⁊ dentibus demonū lacerata. Item
tempus/ ē/ ſcindendi/ ſordidā veſtem anime peccatricis
ex ſordidis pāniculis vitioꝝ cōſutam: De qua diciꝭ Soph.
j. b. Uiſitabo ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina.
Et tempus/ eſt/ cōſuendi/ veſtem nuptialē: ſine qua nul/
lus recipieꝭ ad nuptias. Matth. xxij. b. Implete ſunt nuptie
diſcumbentiū: ⁊ intrauit rex vt videret diſcūbentes: et vidit
ſibi hominē non veſtitū veſte nuptiali. Et ait illi: Amice quo/
modo huc intraſti/ nō habens veſtem nuptialē? Item/ tem/
pus/ eſt/ ſcindendi/ corpus diaboli: id eſt cetū maioꝝ den/
tibꝰ ꝑdicatoꝝ: ſic diciꝭ Job. xl. d. Cōcidēt illū amici: diuidēt
illum negociatores: id eſt ꝑdicatores/ qui negocianꝭ ī talen/
to ſibi cōmiſſo/ dan/
tes illud pro fide ⁊ bo/ B
na cōuerſatione fide/
lium audientium eos.
Et tempus cōſu/
endi/ corpus chriſti
myſticū: id eſt eccleſiā
congregandi: vt multitudini credentiū eſſet coꝛ vnum et ani/
ma vna: ſicut fuit in principio: vt legiꝭ Act. iiij. f. Itē detra/
ctoribus eſt tempus ſcindendi ꝓprijs dentibus veſtem chri/
ſti: ⁊ fila ad filum abrumpendi: id eſt electū ab electo per ſe/
minatā diſcordiā ſeparādi: q̄ ſūt peiores militibꝰ crucifigēti/
bus chriſtum: qui noluerunt eius veſtem ſcindere/ ſed ſortiti
ſunt cuius eſſet: Joh. xix. e. Et eiſdem eſt tempus conſu/
endi/ veſtem diaboli. i. ſynagogam peccantiū congregandi:
De qua Eccl'i. xxj. b. Stupa collecta ſynagoga peccantiū: ⁊
cōſummatio illoꝝ flamma ignis. Sequiꝭ: e Tempus
tacendi/ ꝓphetis: f Et tempus loquendi/ eiſdem.
Unde Eſa. vj. b. Ue mihi/ quia tacui. Quādoqꝫ enim tange/
bat ſpiritusſanctus corda ꝓphetarū: et tunc erat eis tempus
loquendi: qn̄qꝫ nō tangebat: ⁊ tūc erat tempus tacendi. Sic
qn̄qꝫ tempus ē tacendi doctoribꝰ et ꝑdicatoribus multiplici
cauſa: et tempus quādoqꝫ loquēdi multiplici cauſa: vt alibi
dictum eſt. Tempus tacendi eſt: quando loquens vel
loquela ſcandalum eſt auditoribus. Tempus loquēdi ē:
quādo verbū edificat auditores. De hoc Eccl'i. xx. a. Eſt ta/
cēs nō habens ſenſum loquele: ⁊ eſt tacēs ſciens tempꝰ apti
temporis. Itē eſt tempus tacendi vbi non ē qui audiat
vel capiat. Et tempꝰ loquēdi vbi eſt q̄ libenter audit et
prudēter capit. De hoc Eccl'i. xxxij. a. Ubi nō ē auditus ⁊c.
Item/ tempꝰ tacēdi/ in diſciplina: ⁊ tempus loquēdi/
ī magiſterio. Itē tempꝰ tacēdi eſt: vbi feſſi ⁊ tedio affecti
ſūt auditores: De h̄ Prouerb. xvij. d. Qui moderaꝭ ſer/
mones ſuos doctus ⁊ prudens eſt: Stultꝰ quoqꝫ ſi tacuerit:
ſapiens reputabiꝭ. Item/ tempꝰ tacendi eſt vbi maiores
⁊ ſapiētiores ſūt. Eccl'i. vij. b. Noli eſſe verboſus ī multitudi/
ne pſbyteroꝝ. Itē/ tempꝰ/ eſt/ tacēdi ante ſuſceptū offici/
um ꝑdicandi vel docendi. Roma. x. c. Quomō predicabunt
niſi mittanꝭ? Item eſt tempus tacendi ante acquiſitio/
nem ſcientie per doctrinam. Prouerb. xviij. c. Qui priꝰ re/
ſpondet ꝙ audiat: ſtultuꝫ ſe eſſe demonſtrat. Propter quod
diciꝭ Eccl'i. xxxij. b. Audi tacens ⁊ pro reuerētia accedet tibi
bona gratia. De hoc Hieronymꝰ. Nihil nobis videtur eſſe
rectum niſi quod diſcimus: vt poſt multū ſilentium ex diſci/
pulis efficiamur magiſtri. Priꝰ eñ debet homo eſſe concha
ꝙ canalis. Itē idem. Diſciplina pythagorica eſt ꝑ quiquen/
niū tacere: ⁊ poſtea eruditos ſeq. Itē idē. Docemus ī eccle/
ſijs qđ neſcimus: omnes artes abſqꝫ doctore non diſcimus:
ſola hec tam vilis ⁊ tam facilis eſt: vt preceptore non egeat.
Tempus igiꝭ loquēdi eſt poſt tempus ſilentij/ poſt ſtudium
diſcipline/ poſt examinationē ſermonis: vt quaſi ex iudicio
rationis exeat verbū ex ore: ſicut dicit Ps. Os iuſti medi/ Ps. 36.
tabitur ſapientiā: et lingua eius loqueꝭ iudiciū: id eſt exami/
natū ⁊ deliberatum ſermonem. g Tempus dilectio/
nis: et tempus odij. Myſtice: Deo fuit tempus diligē/ Myſtice
di ſynagogam: quādo in terra hoſtili dei cōſolatione et allo/
quio non carebat. Et generaliter tempus diligendi ſynago/
gam fuit/ ꝙdiu ipſa dilexit: et celeſti ſponſo fideliter adheſit.
Tempus odiendi eam fuit: quādo cum idolis fornicata eſt:
vel quando aduenientem veritatem quā ſponſam habere de/
buit/ de thalamo ſiue thoro cōſcientie ſue eiecit: et figuras ac
cerimonias vice ſponſe amplexata eſt. Item/ tempus di/
lectionis/ eſt: id eſt diligendi parentes/ vxores/ filios/ ꝓpin/
quos: quādo curſum recte vie non impediūt. Tempus/ ꝟo

odij: id eſt ad modum odientis ſe habendi eſt: quãdo ad mortem trahunt/ vel vitę rectitudinẽ ꝑpediunt. Item tempus dilectionis/ eſt in corpus ſuũ ſiue in carnem: quãdo. ſ. ſubiecta et obediens fuerit ſpiritui. Tempus/ ꝓ/ odij: id eſt afflictionis ⁊ pſecutionis in eam eſt: cũ rebellis fuerit ſpiritui. Item tempus dilectionis in animã ſuam erit in futuro: Tempus/ ꝓ/ odij/ eſt in ipſã modo. Unde Joh. xij. d. Qui amat animam ſuam perdet ea3: ⁊ qui odit animã ſuã in hoc mũdo/ in vitam ęternam cuſtodit eam. q. d. hic eſt tempꝰ odiendi animã ſua3: in futuro erit tempꝰ diligẽdi. Itẽ ẽ tempꝰ dilectionis in deu3: ⁊ tempus odij in ea quę mundi ſunt erit in futuro: qñ facie ad faciẽ deũ videbimꝰ ſicut eſt: Tunc igniculus dilectionis/ fiet caminꝰ ardoris. Et tũc vere incipiemꝰ odire qđ hic male amauimus.

ſ. i. a.

a Tempus belli: et tempus
b pacis. Quid habet amplius
c homo de labore ſuo? Vidi
d afflictionem quã dedit deus
filijs hominũ vt diſtentan-
e tur in ea. Cuncta fecit bona
f in tempore ſuo: et mundum
g tradidit diſputatiõi eorum:
h vt nõn iueniat homo opus
i quod operatus eſt deus ab
k initio vſq3 ad finem. Et cõ-
l gnoui q nõn eſſet melius
m n niſi letari: et facere bona in
o vitã ſua. Omis enim homo
p q qui comedit et bibit: et vi-
r s t det bonum de labore ſuo:

a Tempus belli: ⁊ tempus pacis. De iudęis planũ eſt hoc: q2 eis modo eſt tempus belli. Diſperſi enim ⁊ ab omnibꝰ affligunt vt ſerui: nec tamẽ pęnitent de peccato ſuo. In futuro erit tempus pacis: qñ oĩs iſrael ſaluus fiet: Roma. xj. c. Item/ tempus belli/ omnibus eſt contra diabolum/ carnem/ mundũ dum viuimus. Et tempus pacis/ erit poſt hanc vitam. De hoc tempore dicit Job. xl. d. Memento belli: ⁊ vltra nõ adijcias loqui. q. d. adhuc in bello es/ noli ſuperbire quaſi victor: nec murmurare debes contra ictus hoſtium aut vulnera: quia hęc eſt lex belli vt bellãtes aliquãdo vulnerent. Item/ tempus belli/ inter carnem ⁊ ſpiritum eſt modo. Et tempus pacis/ erit inter eoſdem in futuro: quãdo qđ animale eſt fiet ſpirituale. j. Corinth. xv. f. Unde Apocl. xiiij. c. Amodo iam dicit ſpiritꝰ vt requieſcant a laboribus ſuis. b Quid habet amplius homo ⁊c. Deſcriptis contrarietatibus mundi: redit auctor ad afflictionem animi qua affligitur in omni labore ſuo quo ſub ſole laborat. Unde/ b Quid habet amplius hõ: id eſt humum ſapiẽs. i. carnalis/ c De/ vniuerſo/ labore ſuo/ quaſi ſibi ꝓprio? d Vidi afflictionem quam dedit deus filijs hominũ vt diſtentant in ea: id eſt varijs cogitatiõibus ac deſiderijs/ curis ac ſollicitudinibus diſtrahunt ⁊ diuidunt/ afflicti: cum deberent omnes vniri et colligi in dilectione dei: ⁊ in creaturis ſolũ mirari ſapientiã et laudare bonitatẽ. q. d. vidi quomõ homines abutentes creaturis dei iuſto iudicio pmittente errent. Propter hoc autem vt dicit Hieronymꝰ: pueſorum hereticorũ dogmatũ occupationem conceſſit deus magiſtris/ ne mens hominis ocioſa torpeſceret. Uult enim vt boni ſemp aliquid operent: ne eos diabolus inueniat ocioſos. Recte autẽ dicit: Vidi afflictionem: quia multi ſunt in ipſa afflictione qui nõ vident eam: De quibus dicit/ Sap. xiiij. c. Uiuentes ĩ tanto ſcientię bello: tot ⁊ tãta mala pacẽ appellãt. Qr autẽ iſta diſſẽſio ex vitio hominũ ſit/ non ex vitio rerum oſtẽdit ſalomon: e Cuncta fecit/ deus/ bona in tempore ſuo: Omnia eñ tempus ſuũ habent/ quo bene fiunt vel non fiunt. Uigilare enim bonũ eſt tempore ſuo: ⁊ dormire bonũ ẽ tempore ſuo. Etiã quę mala vident/ bona fecit deus/ vł ad gloriam bonorũ/ vel ad vindictã malorũ. Unde Ecci. xxxix. d. Aqua/ ignis/ ferrũ/ ſal ⁊c. omnia hęc ſanctis ſũt ĩ bona. Ignis/ grando/ fames/ et mors: omnia hęc ad vindictam creata ſunt. Et parũ ã. c. Nõ eſt dicere: quid eſt hoc: aut quid eſt illud: omnia enim in tempore ſuo quęrent. Et. j. d. Omnia opa domini bona: ⁊ omne opus hora ſua ſubminiſtrabit: et non eſt dicere: hoc illo nequius eſt: Omnia enim ĩ tempore ſuo cõprobabunt. f Et mundũ: ⁊ omnia quę in eo ſunt: g Tradidit/ deus/ diſputationi eorum: quaſi librũ in quo et per quẽ deum auctorem ſuum omniũ diſquirant diligenter/ ⁊ inueniãt ſapienter. Ipſi autẽ litteris ⁊ ſyllabis/ huiꝰ libri adherẽtes: vt pueri: id eſt creaturis/ libri intelligentiã neglexerunt. Uel/ mundum tradidit diſputationi eorum: id eſt materiã diſputationis et cõtradictionis ad inuicem eſſe pmiſit: vt in illo menſurando ⁊ numerando laborioſe ⁊ infructuoſe occupent/ peccatis ſuis exigentibus: vt mundus ſit eis finis diſputationis: qui debuit eis eſſe liber ſalutaris eruditionis: et via inueſtigationis dei ⁊ inuẽtionis: ſm qđ dicitur Sap. xiij. b. A magnitudine ſpeciei ⁊ creaturę cognoſcibilit poterit creator horũ videri. Al. ſ. bene

Uel ſic: Mundũ tradidit diſpoſitioni eorũ: alia littera: vt illum diſponerent ⁊ regerent ſapientia ſua: non confunderent aut pturbarent erroribus ſuis et diſſenſionibus. Qđ tamẽ faciũt ita: b Ut non inueniat hõ/ perfecta cognitione: i Opus quod operatus eſt deus ab initio vſq3 ad finem. q. d. adeo implicari ⁊ occupari pmiſit eos deus in inueſtigatione mundi curioſa: vt nihil de operibꝰ dei ad quid ſint ad perfectũ inueniant. Unde Eſa. v. c. Cithara ⁊ lyra ⁊ tympanũ ⁊ tibia ⁊ vinum in cõuiuijs veſtris: ⁊ opus domini nõ reſpicitis: nec opera manuum eius conſideratis. In hoc autẽ maxima afflictio eſt hominibus q mundũ qui ad videndum deũ datus eſt eis/ ſibi quaſi onus et obſtaculũ interponunt. Unde Naum. j. a. Onus niniue liber viſionis. Hieronymꝰ ſic legit: f Et mundũ tradidit/ deus/ diſputationi eorum: id eſt filiorũ hominũ: vt fruant varietatibus temporũ diſputando ⁊ inquirendo quibus cauſis cõtingant: ſed nõ quęrũt cauſas rerum naturalium quomõ ſint omnia creata: quare hoc vel illud ab initio mundi vſq3 ad finẽ fecerit deus creſcere vel manere vel mutari: h Ut nõ inueniat homo: id inuenire laboret: i Opus quod operatus eſt deus ab initio vſq3 ad finem: id eſt rationem operis ſiue cauſam: quare. ſ. hoc fecit deus/ illud non: vel quare hoc ita/ illud aliter. Unde Ecci. iij. c. Quę pcepit tibi deus illa cogita ſemper: ⁊ in pluribus operibus eius non fueris curioſus: Non eſt enim tibi neceſſariũ/ ea quę abſcondita ſunt videre oculis tuis: In ſupuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter. k Et cognoui/ per conſideratione afflictionis curioſorũ ⁊ creaturis ſeruientiũ: l Q non eſſet melius/ hominibꝰ: m Niſi letari/ ſpiritualiter in deo. n Et facere bona/ quę proſint in futuro: o In vita ſua/ cito trãſitura. q. d. per afflictionẽ ſtultorum cognoui/ q ſolum bonum hominũ eſt/ bonum letant operari in hac vita miſera ⁊ cito tranſitura: Multũ enim placet deo cum leticia operari bona. Leticia enim quaſi condimentũ eſt operum et laborum. Unde Ecci. xxx. d. Iocũditas cordis hęc eſt vita hominis: ⁊ theſaurus ſine defectione ſanctitatis: et exultatio viri longęuitas. Item eodem. xxxv. b. In omni dato hilarem fac vultũ tuũ: et in exultatione ſanctifica decimas tuas. Eſa. lxiiij. b. Occurriſti letanti ⁊ facienti iuſticiã. p Omnis enim hõ qui comedit ⁊ bibit: non ad voluptatẽ ſed ad neceſſitatem: non contra deum ſed propter deũ. r Et videt: id eſt cõſiderat: s Bonũ/ qđ ſeqnt: t De labore ſuo/ quo laborat: non ſub ſole ſed pro ſole: id eſt non ꝓ terrenis ſed ꝓ ęternis.

Glo. ſic legit: Ne congreget homo diuitias. p Omnis enim homo qui comedit/ panẽ altaris vel ſacrę ſcripturę. q Et bibit/ vinũ altaris: vł ſacrę ſcripturę: que cibꝰ dicit vbi difficilis eſt: potus vbi facilis. r Et videt bonũ de labore ſuo: id eſt pcipit laborem ſuum bonũ ⁊ fructuoſum: q2 qui manducat carnẽ meã ⁊ bibit meũ ſanguinẽ in me manet ⁊ ego in illo. Alit ſcõm Gl

ꝗ terrenis ſed ꝓ eternis. a Hoc.ſ.cõſiderare bonū quod ſe/
quit̃ ex labore: donū dei eſt. Nec omnibꝰ datur hoc donū:
Multi enim ſunt qui non attendūt fructū laboris: ſed tm̄ pe/
nam: et ideo murmurant cum temptantur. Vel ſic. Hoc.ſ.
comedere ⁊ bibere ſic/ vel laborare: donum dei eſt. Unde

a hoc donū dei eſt. Didici ꝙ
b omnia opera que fecit deus
c ꝑſeuerent i† eternum. Non
d poſſumus eis quicꝗ̄ adde/
e re nec auferre que fecit deus
f vt timeatur. Quod factum
g h ē/ ipſum permanet. Et que
i futura ſunt: iam fuerunt: et

ipſe dicit Joh.xv.a.
Sine me nihil poteſtiſ
facere. Et Eſa.xxvi.
c. Omnia opera no/
.l ꝑpetuū ſtra operatus es i no/
bis domine.
com glo. ✠ manet ⁊ ego in ſi/
lo.Joh.vj.ſ. a Hoc
donū dei eſt.ſ.co/
medere panē ⁊ bibere
vinū huiuſmodi. Vn̄
Sap.xvj.c. Angelo/
rum eſca nutriuiſti po
pulū tuū: ⁊ paratum panem de celo ꝑſtitiſti illis ſine labore/
omne delectamentū in ſe habentem: et omnis ſaporis ſuaui/
tatem. Qr etiam hoc ſit donū dei: patet/ Matth.vj.b. vbi
querendo dicimus: Panem noſtrū quotidianū da nobis ⁊c.
b Didici ꝙ oīa opa que fecit deꝰ/ creando/ diſponen/
do/ ꝓpagando/ recreando/ gubernādo/ cõſeruando: c Per/
ſeuerent in eternū: vel/ in perpetuū/ alia littera. Et in/
telligit̃ hoc de generibus ſingulorꝫ: non de ſingulis generū:
Nam ſingularia corruptioni ſubiacent et generationi: gene/
ra vero et ſpecies ingenerabilia et incorruptibilia ſunt. Vel
poteſt intelligi de operibꝰ que fecit deus ꝑ ſe/ non miniſterio
nature vel homis: qualia ſūt ſtelle celi/ elementa: que reuera
ꝑmanent in eternum ꝗ̄tum ad eſſentiā: licꝫ renouationē expe
ctent quo ad formā.i.decorē exteriorē in aduētu iudicis. Vn̄
Moraliter j. Corinth.vij.f. Preterit figura huiꝰ mūdi. Moraliter
intelligit̃ hoc de bonis operibus noſtris: ꝗ deus operat̃ in
nobis: que reuera ꝑſeuerāt in eternum/ quo ad fructū eterne
retributionis. d Non poſſumus eis quicꝗ̄ addere
nec auferre: qꝛ in operibꝰ eius qui potentiſſimus eſt: et ſa/
pientiſſimus artifex eſt: nihil eſt reperire ſuperfluū aut dimi/
nutū: et ideo nihil addendum: quia nihil deeſt: nihil auferen/
dum: quia nihil ſuꝑfluit. Unde Eccī.xviij.a. Non eſt minue/
re neqꝫ adijcere/ neqꝫ inuenire magnalia dei. e Que fe/
cit deus vt timeat̃: id eſt homo ſolum deū timeat ⁊ glori/
ficet: qui creaturas factas ꝓpter hominē ꝑpetuat in genere
ſuo. Qd̄ em̄ morit̃ i vno indiuiduo/ inſtaurat̃ in alio. Et hoc
eſt quod ſequit̃: f Quod factum eſt/ in eſſe indiuidui.
g Ipſum ꝑmanet/ in eſſe generis. h Et que futura
ſunt/ in eſſe ꝓprio. i Jam fuerūt/ in genere: vt ſolis or/
tus ⁊ occaſus: ⁊ ſimilia. k Et deus inſtaurat/ ꝑ gene/
rationē: l Qd̄ abijt/ ꝑ peccatū. Itē inſtaurat ꝑ gloriā
i reſurrectione: Qd̄ abijt/ ꝑ corruptionē in morte. Itē in/
ſtaurat in filijs eccleſie.i. in nouis ꝑdicatoribus: Quod
Pſ.44. abijt/ in patribꝰ et anteceſſoribus noſtris: Juxta illud: Pro
patribus tuis nati ſunt tibi filij. Alia littera dicit: Et deus
querit eum qui ꝑſecutionē patit̃. Querit inꝗ̄ ad glo/
rificandū: iuxta illud Matth.v.a. Beati qui ꝑſecutionē pa/
tiunt̃: quoniā ipſorum eſt regnū celorū. Item ad iudicandū:
quia ſanguinē ſeruorū ſuorum vlciſcet̃ dominꝰ: Deut̃.xxxij.
f. m Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatē: et in
loco iuſticie iniquitatē. Locus iudicij/ iuxta litterā/ di/
cit̃ ſedes publice poteſtatꝪ: vbi plerūqꝫ ſedet impietas: id eſt
impius iudex: qui opprimit innocētes. Et vocat̃ ꝓprie impie/
tas/ iniquitas iudicis: qꝛ ē in deū.i.contra deū. Proprie em̄
iudex eſt vicarius dei: ſm̄ qd̄ dicit̃ Deut̃.j.c. Non accipietis
ꝑſonam in iudicio: quia iudiciū dei eſt. Et ideo ꝑuerſitas iu/
dicij impietas eſt. Vel in loco iudicij ſedet impietas: cum
crudelitas vł remiſſio ē/ vbi debet eē iuſticia vł miſericordia.
In loco iuſticie ſꝫo eſt iniquitas generaliter/ dum homo ho/
Moraliter mini iniuriat̃. Moraliter: n In loco iudicij ſedet im
pietas: quādo nos dijudicare dimittimus: ⁊ alios detrahen/
do vel cõtemnendo iudicamus. o Et in loco iuſticie

ſedet iniquitas: cum ſententia iudicij amore vel odio/ ꝑce vł
precio peruertit̃/ differtur/ accelerat̃. Quod multi faciunt: de
quibus Pſ. In quorū manibus iniquitates ſunt: et dexte/ Pſ.25.
ra eorum repleta eſt muneribus. Item in loco iudicij ſedet
impietas: et in loco iuſticie ſedet iniquitas: cum iniquus

k l deus inſtaurat quod abijt.
m n Vidi ſub ſole in loco iudicij
o impietatē: et in loco iuſticie
p iniquitatem: et dixi in corde
q meo: Juſtū et impiū iudica/
r s bit dn̄s: ⁊ tempꝰ oīs rei tunc
t v erit. Dixi in corde meo de fi
x lijs hoīm vt ꝓbaret eos deꝰ:

iudex benedicitur/ ex/
tollitur/ honorat̃ tan/
ꝗ̄ iuſtus: et econtra/
rio iuſtum iudicium
quaſi impietas/ vel ꝗ̄/
ſi iniquitas condem/
natur. Unde elegan/
ter dixit/ Eſaias.lix.c.
Cõuerſum eſt retror/
ſum iudiciū: ⁊ iuſticia
longe ſtetit: quia cor/
ruit in platea veritas:
et equitas non potuit
ingredi: quoniā facta eſt veritas in obliuionem: ⁊ qui receſſit
a malo ꝑde patuit. p Et dixi in corde meo/ videns
tantā ꝑuerſitatem: vt loco iudicij ſedeat impietas: ⁊ loco iuſti
cie iniquitas: videns bonos opprimi ⁊ malos extolli: q Ju
ſtum et impium iudicabit dominus: in futuro iuſto
⁊ vero iudicio: Modo enim peruerſo iudicio iudicant̃: quia
abſoluunt̃ rei ⁊ cõdemnant̃ iuſti. Et dicit hꝰ Eccleſiaſtes vt
deterreat impios ab impietate: et iuſtos animet ad toleran/
tiam iniurie. Dum enim illis ꝑdicit vltionem/ iſtis retributio/
nem: illos terret/ iſtos conſolat̃. De hoc Pſ. Duo hec audi/ Pſ.61.
ui: quia poteſtas dei eſt/ et tibi domine miſericordia: quia tu
reddis vnicuiqꝫ iuxta opera ſua. r Et tempus omnis
rei/ dijudicande/ cognoſcende/ remunerande/ vindicande:
s Tunc erit/ nō modo: nec licebit tunc appellare alicui: qꝛ
illud iudicium vltimū eſt. Nec erit tempꝰ iudicandi vlterius:
ſed tenendi ⁊ ſeruandi ſententiā iudicis in eternū. Pſ. Cum Pſ.74.
accepero tempꝰ ego iuſticias iudicabo: Tūc vnicuiqꝫ reddet̃ 2.Cor.5.b.
ꝓut geſſit in corpore ſuo/ ſiue bonum ſiue malū. t Dixi
in corde meo.q.d.dū viderē tantā peruerſitatē in mūdo:
loco.ſ.iudicij ſedere impietatē/ bonos opprimi/ malos extolli:
dixi mecum: ꝙ deus in futuro hoc puniet. Et iterum: Dixi
in corde meo: vbi ſolus deus videt ⁊ audit: qd̄ ibi dicitur:
v De filijs hominū.i.ſanctorū doctorū: ꝗ vere homines
ſunt ⁊ fuerūt. Hoc.ſ. dixi/ ꝙ ideo deus ſuſtinet bonos affligi
⁊ malos extolli: x Ut probaret eos.ſ.filios hominū: id
eſt probatos redderet ꝑuerſitate ꝑſidentium: ſicut aurum in
fornace probat̃. Sap.iij.b. Tanqꝫ aurū in fornace probauit
illos: ⁊ quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos. Eccī.xxvij.a.
Vaſa figuli probat fornax: ⁊ homines iuſtos temptatio tri/
bulationis. Prouerb.xvij.a. Sicut in igne probat̃ argentū
⁊ aurum camino: ita corda probat deus. In hac fornace ſūt
folles diabolice ſuggeſtionis: quarum flatu ſuccendunt̃ car/
bones: id eſt ignea deſideria luxurie vel auaricie. Ibi ſunt li/
me.ſ.lingue detrahentiū: Ibi ſunt mallei perſequētium: Ibi
ſunt forcipes adulantium: qui captos retinent ne euadant a
fornace diaboli. His inſtrumētis vtitur faber mundi: id eſt
dominus ad fabricandū electos ⁊ formādum vt vaſa in ho/
norē: ⁊ detergendū omnē rubiginem vitiorum. Juxta hunc
ꝗ modū vocat
Aliter Vel de malis qui ꝑſident exponit̃ ſic: t Dixi in corde
meo de filijs hominū/ hoc.ſ. ꝙ ideo dominꝰ permittit
in loco iudicij ſedere impietatem: ⁊ loco iuſticie iniquitatem:
hoc eſt impios et iniquos ꝑſidere: x Ut ꝓbaret eos:
✠ et oſtēderet ſimiles Aliter
Cantor pariſienſis ſic legit: t Dixi in corde meo/ cum
vidi ꝑdictam ꝑuerſitatē ⁊ inordinationē: v De filijs ho/
minū vt probaret eos deus.i. ſeparet a beſtijs/ quo ad
Aliter ✠ animā rationalē:
Melius poteſt legi totum concionatorie ſic: t Dixi in
corde meo/ cum vidi ꝑdictam inordinationē: dicit ſalo/
mon in perſona inſipientiū. v De filijs hominū/ talia
facere ⁊ pati. x Ut ꝓbaret eos deus: id eſt examiaret.

G modũ vocat domin⁹ nabuchodonoſoꝛ nouaculã ſuam. Eſa. vij.d. In die inquit illa radet dominus in nouacula acuta in his qui tranſ flumen ſunt.i.in bonis qui tranſierũt flumen.i. fluxum diuitiarũ et delitiarum huius mũdi: in rege aſſyrioꝛum:id eſt ĩ tyrannis/q̃ ſũt nouacula domini:pilos pedũ:id eſt ſuꝑflua omnia coꝛdis ⁊ coꝛpoꝛis:et barbã vniuerſam. Item

B vocat eũ virgam ⁊ baculũ ſuum. Virgã vocat:quia per eum coꝛrigit filios. Baculũ: quia flagellat ſeruos. Et ſicut pater virgã vel baculum/ qua vel quo percuſſit filiũ vel ſeruum proijcit in ignem:ita domin⁹ tales cum deſęuierint in electos ꝓijciet in gehennã. Eſa.x.b. Vę aſſur:id eſt ſennacherib: virga furoꝛis mei ⁊ baculus ipſe eſt. Quia ergo poteſtate maloꝛum ad vtilitatem bonoꝛũ ſic vtitur dominus: vt dictum eſt: Recte dicit: Dixi in coꝛde meo de filijs hominũ: hoc.ſ. quod deus ſuſtinet ĩ pſenti ꝑuerſos perfici:et bonos affligi ab eis: Ut probaret eos:id eſt probatos redderet. a Et oſtẽderet ſimiles eẽ beſtijs:q꞉ idigẽt chamo ⁊ freno ⁊ iugo ⁊ ſtimulo ad hoc vt domari poſſint ad ſimilitudinẽ beſtiarũ. Unde Hiere.xxxj.c. Caſtigaſti me domine:⁊ eruditus ſum quaſi iuuenculus indomitus. Eccĩ.xxxiij.d. Iugum ⁊ loꝛum curuant collũ durũ/⁊ ſeruũ inclinant opationes aſſiduę.

Al. ꝉ cõtentio

Aliter ※ a Et oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs: quia vt beſtię deuoꝛant minoꝛes/quos deberent defendere et iuſte iudicare. Unde Mich.iij.a. Audite principes iacob ⁊ duces domus iſrael: Nũquid non veſtrũ eſt ſcire iudiciũ: qui odio habetis bonũ ⁊ diligitis malũ:q̃ violenter tollitis pelles eoꝛũ deſuꝑ eos:⁊ carnem eoꝛũ deſuꝑ oſſibus eoꝛũ:qui comederũt carnẽ populi mei ⁊ pellẽ eoꝝ deſuꝑ excoꝛiauerũt.

Aliter ※ animam rationalem:quia cum cętera animalia prona ſint ad terrã: Os homini ſublime dedit cęlũq꞉ videre Iuſſit:Et ad imaginẽ ⁊ ſimilitudinẽ ſuã fecit. a Et oſtẽderet ſimiles eſſe beſtijs/quo ad coꝛpus. b Idcirco vnus.i. ſimilis: c Interitus eſt homis ⁊ iumentoꝛum et ęqua quo ad hoc: d Utriuſq꞉ conditio/naſcendo/moꝛiendo. Unde ſequit꞉: e Sicut moꝛit꞉ homo: ſic ⁊ illa moꝛiunt꞉. Similiter ſpirant/attractione aeris: h Omnia/ bruta ⁊ rationabilia. i Et nihil habet homo iumento amplius/quo ad coꝛpus:imo plures defect⁹ habet homo: et pluribus eget k Cuncta ſubiacent vanitati/mutabilitatis vel curioſitatis vel moꝛtalitatis. Ro.viij.d. Uanitati creatura ſubiecta eſt non volens: ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe. l Et omnia pergunt/moꝛiendo:ad vnum locũ. Hoc videt꞉ falſum:quia ſpiritus iumentoꝛũ in nihilum vadit:ſpiritus ꝟo hominum non vadit in nihilũ:ſed manet poſt moꝛtẽ. Ad hoc dicit Hieronymus: q̃ hoc dixit ſalomon: non quia putaret animas hominũ perire cum coꝛpoꝛe:vel vnum locum beſtijs et hominibus pręparari poſt moꝛtẽ: ſed quia ante aduẽtũ chꝛiſti omnes hominũ aię parit꞉ deſcendebãt ad inferos: Unde homis ⁊ iumẽti ſpiritus eiuſdem vilitatis videbant꞉ eſſe. Et licz alter cum coꝛpoꝛe ꝑierat: alter nõ:multũ itererat cũ coꝛpoꝛe perire/⁊ ad inferos deſcẽdere. m De terra facta ſunt/homines ⁊ iumẽta: n Et in terrã pariter:id eſt ſimiliter/reuertunt꞉.

Ouidius li.i. metamoꝛph

Geñ.i.

Aliter ✳ a Et oſtenderet ſimiles eſſe beſtijs/ quę nullam inter ſe habent oꝛdinationẽ: ſed foꝛtioꝛ debilioꝛem deuoꝛat/ ſpoliat ⁊ occidit:ſicut Abacuk.j.a. dicit ad ipſũ dñm: Quare oſtẽdiſti mihi iniquitatẽ ⁊ laboꝛem: ⁊ videre pręda ⁊ iniuſticiã contra me: Quare reſpicis cõtemptoꝛes ⁊ taces cõculcante impio iuſtioꝛem ſe: Et facies hominis quaſi piſces maris:⁊ quaſi reptilia nõ habentia ducem. In piſcibus eñi maris maioꝛ minoꝛẽ deuoꝛat ſine aliqua vltione:ſic homies faciunt in mũdo. Unde Pš. Homo cũ in honoꝛe eſſet non intellexit:comparat⁹ ẽ iumẽtis inſipiẽtib⁹ ⁊ ſilis fact⁹ ẽ illis. Et

Pš.48.

a et oſtẽderet ſimiles eſſe beſtijs: Idcirco vnus interitus eſt hominis et iumentoꝛum et ęqua vtriuſq꞉ ꝉ conditio. Sicut moꝛitur homo:ſic et illa moꝛiuntur. Similiter ſpirant omnia et nihil habet homo iumẽto ampli⁹. Cuncta ſubiacẽt vanitati: et omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta ſunt: et in terram pariter ꝉ reuertunt꞉. Quis nouit ſi ſpiritus filioꝛum adam aſcendat ſurſũ:

b Idcirco vnus interitus eſt homis et iumentoꝛum. Et legit꞉/idcirco/non cauſaliter ſed approbatiue. Hoc modo homies ſimiles ſũt beſtijs: Et h̃ probat꞉ ꝑ hoc/q̃ vn⁹ eſt interitus homis et iumentoꝛũ et ęqua vtriuſq꞉ cõditio/naſcẽdi et moꝛiẽdi. e Sicut moꝛit꞉ homo:ſic ⁊ illa moꝛiunt꞉/ꝑ defectũ naturę:vl'ꝑ illatã violẽtiã a foꝛtioꝛe. g Similiter ſpirant omnia/ bruta ⁊ rationabilia: id eſt viuũt. i Et nihil habet homo iumẽto amplius: In moꝛte eñi omia dimittit homo: quia cum interierit/ nõ ſumet omnia: neq꞉ deſcendit cum eo gloꝛia eius. k Cuncta ſubiacent vanitati/mutabilitatis et moꝛtalitatis: l Et omnia/bruta et rationabilia/ pergunt ad vnũ locum/moꝛiendo. Et dicit hoc ſalomon in pſona epicureoꝛũ: vel eoꝛũ qui credunt homies ꝑter animã habere vitalem ſpiritũ qui perit cũ coꝛpoꝛe. Cuncta/ m De terra facta ſũt.ſ.animalia. n Et in terrã pariter reuertunt꞉/in moꝛte. Eccĩ.xl.a. Occupatio magna creata eſt omnib⁹ homib⁹ ⁊ iugũ graue ſuꝑ filios adã a die exitus de ventre matris eoꝛũ vſq꞉ in diẽ ſepulturę in matrem omniũ. Plana eſt hęc lectio cõcionatoꝛia. Iuxta primã lectionẽ ſic legit꞉ littera: b Idcirco/q꞉ homies ſũt ſimiles beſtijs in indomabilitate ⁊ indiſciplinatione: vt diximus: vl' ceruicoſitate ⁊ ferocitate q̃ ad ꝓſidentes: Idcirco vnus eſt interit⁹ homis ⁊ iumentoꝛũ. Et ideo voluit de⁹ homies moꝛi vt iumenta: vt frangeret꞉ eoꝝ ceruicoſitas: ⁊ erudiret꞉ eoꝝ idiſciplinabilitas. Nihil eñi adeo effugat ab hũano coꝛde ꝓſẽtis vanitatis phãtaſmata: vt moꝛtis cõſideratio. Propter qđ dicit Socrates: Sũma phĩa eſt aſſidua moꝛtis cogitatio. Nihil etiã adeo auertit hominẽ a ꝓcipitio pctĩ ⁊ ab amoꝛe mũdi: vt moꝛtis memoꝛia. Uñ Eccĩ.vij.d. In omnib⁹ opibus tuis memoꝛare nouiſſima tua: ⁊ in ęternũ nõ peccabis. Et Hieronym⁹ dicit: Facile cõtemnit oĩa q̃ ſꝑ ſe cogitat moꝛiturum. Idcirco igit꞉ homines: quia ſimiles ſunt beſtijs in indomabilitate ⁊ ferocitate: facti ſunt eis ſĩles in pęnalitate.i.in moꝛte. Myſtice: Homies dicunt꞉ litterati: iumenta laici: Ul' homies dicunt꞉ clauſtrales: iumẽta ſęculares: Ul' homies doctoꝛes ⁊ ꝑlati: iumẽta diſcipuli ⁊ ſubditi. Homies enim ⁊ iumenta ſaluabis dñe/dicit Pš. Quia ꝟo homies ſimiles facti ſunt beſtijs in viuẽdo: b Idcirco vnus interit⁹ eſt homis ⁊ iumẽtoꝝ/ꝓdictis modis: q꞉ ſimili velocitate ꝑ temptationẽ peccati vel inferni rapiunt꞉: et ſimiliter capiunt꞉ laqueis ⁊ hamis temptationũ. Uñ.j.ix.c. Sicut aues laqueo capiunt꞉ ⁊ piſces hamo: ſic homies capiunt꞉ in tempoꝛe malo. Sap.xiiij.b. Creaturę dei factę ſunt in odiũ ⁊ ĩ temptationẽ hominũ: ⁊ ĩ muſcipulã pedib⁹ inſipientiũ. e Sicut moꝛit꞉ homo.i.ſapiens vel ꝑlatus: f Sic ⁊ illa moꝛiunt꞉.i.ſimplices vel laici: ⁊ moꝛte coꝛꝑis ⁊ moꝛte ſpirit⁹. Unde Pš. Uos aũt ſicut homies moꝛiemini: ⁊ ſicut vnus de ꝓncipibus cadetis. g Similit꞉ ſpirant omnia ⁊ nihil habet homo iumento ampli⁹: cũcta ſubiacent vanitati/curioſitatis ⁊ cupiditatis.i.homies ⁊ iumẽta.i.maioꝛes ⁊ minoꝛes. Hiere.vj.c. A minoꝛe vſq꞉ ad maioꝛem oẽs auaricię ſtudent: ⁊ a ꝓpha vſq꞉ ad ſacerdotẽ cũcti faciunt dolũ. l Et oĩa pergũt ad vnũ locũ: q꞉ omnes locũ ſuꝑioꝛẽ ambiũt impudẽter: ita minoꝛ vt maioꝛ: ita clauſtralis vt ſęcularis m De terra facta ſũt: homines ⁊ iumenta ꝓdicta n Et in terram pariter reuertunt꞉ ꝑ cupiditatem: ita maioꝛes vt minoꝛes: ita clauſtrales vt ſeculares. Unde Eccĩ.xl.b. Omnia quę de terra ſunt in terram cõuertent꞉: ⁊ oĩa flumia ĩ mare ꝯuertent꞉. Sequit꞉: o Quis nouit ſi ſpirit⁹.i.aĩa: p filioꝝ adã.i.hoim: q Aſcẽdat ſurſum

Myſtice: o Quis nouit ſi ſpirit⁹ filioꝛũ adã.i. qui modo boni ſunt ⁊ rõnabilit꞉ viuũt: q Aſcẽdat ſurſum.i. ſaluabit꞉. Et ſi

13.q.2.c.in eccleſiaſtico

Al. ꝉ reuertent

Pš.48.

In ꝓlogo bibiie ca.4.

Myſtice

Pš.35.

Pš.81.

Myſtice

dat ſurſum/in cęlū: a ❡Et ſi ſpiritus iumentoꝝ deſcendat deorſum/in terrā cum carne diſſolutus.q.d.ſalomon: Dixi ꝙ vnus eſt interitus hominis ⁊ iumenti: ⁊ ęqua vtriuſꝙ conditio: ſi autem alicui videtur diſtantia in hoc ꝙ ſpiritus homīs aſcendit in cęlum: ⁊ ſpiritus iumenti in carne reſolutus deſcendit in terrā: quis nouit hoc: ⁊ quis auctor dicit h᷑: Cū aūt dicit: Quis nouit ⁊c. quis/ non impoſſibilitatē ſ᷑ difficultatem ſignificat: ſicut ibi: Generationē eiꝰ ꝗs enarrabit: Eſa. liij.c. Et Hiere.xvij.b. Profundum ē cor homīs ⁊ inſcrutabile: ⁊ quis cognoſcit illō:

a et ſi ſpiritus iumentorū deſ-
b c cendat deorſum: Et depre-
hendi nihil eſſe melius ꝙ̄ lę-
tari hominē in opere ſuo: et
d e hanc eſſe partē illius. Quis
enim eum adducet vt poſt ſe
futura cognoſcat:

❡Capitulū.IIII.

Pſ.14. Et in Pſ. Dn̄e quis habitabit in tabernaculo tuo: Si quis autē attendere velit/manifeſte videre poteſt ꝙ ſpiritꝰ filiorū adam naturaliter aſcēdit ſurſū: Licꝫ em̄ infima iſta appetant̄ qn̄ꝙ/ſꝑ tamē rebellat ⁊ exagitat ſe ſpiritꝰ eoꝝ.i.id qd̄ in eis ſpūale ⁊ nobiliſſimū eſt: qd̄ viſitato nomīe ſynderesis appellat̄. Ei autē qd̄ mouet̄ nō eſt quies niſi ī illo ad quod mouet̄: Unde patet ꝙ ſpiritꝰ filioꝝ adam non mouent̄ deorſum/ ſed ſurſum vbi quies eorum eſt: ſicut dicit Augꝰ. Item/ſpiritus filioꝝ adā/naturalit̄ appetunt ſapientiā ⁊ bonitatem: naturalis aūt appetitꝰ ſpiritꝰ/naturalis motꝰ ē: Ergo motꝰ ſpirituū filiorū adā naturaliter in ſurſum eſt: ꝙ aūt mouent̄ in deorſū violentia eſt. De hoc Tullius. Natura ſumus auidētiſſimi appetentiſſimiꝙ honeſtatis.

ſaluabit̄. a ❡Et ſi ſpiritus iumentoꝝ.i.peccatorum et brutaliter modo viuentiū: b ❡Deſcēdat deorſum/ad inferos.q.d.pauci aut nulli ſciūt hoc: qꝛ illi poſſunt peruerti ⁊ iſti cōuerti. Et hoc eſt qd̄ dicit̄.ī.ix.a. Sunt iuſti ⁊ ſapientes ⁊ opa illoꝝ in manu dei ſunt: ⁊ tn̄ neſcit hō an amore vł odio dignus ſit: ſed oīa in futuro ſeruant̄ incerta. Uel ſic: Quis nouit ⁊c. id ē ꝗs ē ille qui verā fidē habet de hac differētia homīs ⁊ iumentoꝝ.ſ.ꝙ ſpiritꝰ hominis creatus eſt ad hoc vt in cęlo glorificet̄ cū angelis ſemꝑ viuens: et ſpiritꝰ iumentorū cum carne pereat.q.d. pauci ſunt qui vera fide hoc nouerint: Nā ſi hoc vere crederēt/nō affligerent̄ circa terrena: ſed ſemꝑ gauderēt expectātes cęleſtia: Et ideo ſequit̄ diffinitiua ſentētia. c ❡Et dep̄hendi nihil eſſe meliꝰ ꝙ̄ lętari hominē in oꝑe ſuo/gaudio ſpei qd̄ ſequit̄ gaudiū rei. d ❡Et hanc eſſe partē illius/ſi lętet̄ ſpiritualit̄ ī oꝑe ſuo bono: Hilarem em̄ datorem diligit deus.ij.Corinth.ix.b. Uł concionatorie dicit hoc ſalomon ī pſona ſtultoꝝ: qui tm̄ p̄ſentia attendūt: ⁊ futura nō cogitāt: et ideo tm̄ bonū ęſtimāt p̄ſentem voluptatē: ſicut epicurus qui dicit ſummū eſſe bonū voluptatē. e ❡Quis em̄ eum adducet vt poſt ſe futura cognoſcat: q.d. vere hęc eſt pars mea.ſ. ſpūalis lętitia in oꝑe bono q̄ theſauricat̄ in cęlo. Quis em̄ eū.i.hominē adducet vt poſt ſe futura cognoſcat.i.qualem heredem habiturꝰ eſt/vł bonū vel malū: Hoc ē cōtra illos qui in diſpoſitiōe filioꝝ ſuoꝝ teſtamēta ſua dimittūt: ⁊ ſꝑ auare viuūt vt diuites moriant̄: ⁊ heredes ſuos locupletes dimittāt. Qd̄ nō ſolū vanitas eſt: ſed phrenetica infirmitas eſt. Un̄.ī.v.c. Eſt ⁊ alia infirmitas peſſima quā vidi ſub ſole: Diuitię cōſeruatę in malū domini ſui: pereunt em̄ in afflictione peſſima. Generauit em̄ filium qui erit in ſūma egeſtate. Miſerabilis pſus infirmitas: quomodo venit/ ſic reuertet̄.

❡Expo.Ca.IIII.

V Erti me ⁊c. Multas vanitates determiauit Eccłiaſtes: inter quas etiā peruerſitatem vnam poſuit: vbi dixit: Uidi ſub ſole in loco iudicij impietatē: ⁊ in loco iuſticię iniquitatē: qd̄ tamē iuſto dei iudicio pmittit̄/ vt probent̄ filij hominū: Hi ꝑ tolerantiā illatę tribulatiōis/illi per potentiā vſurpatę dn̄atiōis: Modo determinat ſalomon quę ſunt illę tribulatiōes quas patiunt̄ innocentes a malis.ſ.calumnia oppreſſionis: de qua primo dicit: Uerti me ⁊c. Et calūnia detractiōis: de qua poſtea ſubiungit: Rurſus contemplatus ſum ⁊c. Dicit ergo: f ❡Uerti me/poſt p̄dictā cogitationē qua cogitaui in corde meo ꝙ iuſtum ⁊ impiū iudicabit dominꝰ: et ꝙ homīes ſimiles ſunt beſtijs.

f g V Erti mē ad alia: et vi-
h di calumnias quę ſub
i ſole gerunt̄: ⁊ lachry-
k mas innocentiū et nēminem
l cōſolatorē: nec poſſe reſiſte-
re eorū violētię/cunctoꝝ au-
m xilio deſtitutos. Et laudaui
magis mortuos ꝙ̄ viuētes:

g ❡Et vidi calumnias.i.falſas accuſationes/ vel iniquas litigatiōes: h ❡Quę ſub ſole gerunt̄: id ē ꝓ his quę ſub ſole.i.ꝓ terrenis. i ❡Et etiā vidi lachrymas innocentiū/ꝓ calūnijs ⁊ oppreſſionibus malorū. k ❡Et neminem cōſolatorem/innocētiū tribulatoꝝ. Unde cōquerit̄ dominꝰ in Pſ. Improperiū expectauit cor meū ⁊ miſeriā: et ſuſtinui qui ſimul contriſtaret̄ ⁊ non fuit: ⁊ qui conſolaret̄ ⁊ non inueni. Pſ.68. Et iterū vidi innocentes/ l ❡Non poſſe reſiſtere eorū violentię/cunctoꝝ auxilio deſtitutos: Et cū hō factus ſit ad imaginē ⁊ ſimilitudinē dei: ⁊ genus dei ſit: vt dicit Paulus/ Gn̄.j.d. Actꝫ.xvij.g.ī hoc maxime degenerem ſe comprobat ꝙ innocentes et pauperes nō eripit a potente opprimente eos. Unde Pſ. Domine quis ſimilis tibi: eripiens inopē de manu Pſ.34. fortiorū eius: egenū ⁊ pauperē a diripientibus eum. Eſa. lix.c. Qui receſſit a malo: prędę patuit: et vidit dominus: et malum apparuit in oculis eiꝰ: quia non eſt iudicium: et vidit deus quia nō eſt vir: ⁊ aporiatus eſt quia nō eſt q̄ occurrat. Similis q̄rela ſanctorum ſuper hoc ſępe legitur ī ſcriptura. Dicit em̄ Hiere.xij.a. Iuſtꝰ quidē tu es dn̄e: ſi diſputē tecū: verūtamē iuſta loq̄r ad te: q̄re via impioꝝ pſperat̄: bene eſt omnibꝰ qui p̄uaricant̄ ⁊ inique agunt: Abacuk.j.a. Quare reſpicis cōtemptores: ⁊ taces cōculcante impio iuſtiorem ſe: Et facies homis quaſi piſces maris ⁊ quaſi reptilia non habentia ducem. Et Pſ. Q̄ bonus iſrael deus his qui re- Pſ.72. cto ſunt corde. m ❡Et/ideo quo ad iſtas miſerias/laudaui magis mortuos ꝙ̄ viuentes: id eſt mortem meliorem iudicaui ꝙ̄ vitam: Et loquit̄ ſalomon in pſona infirmorum. Uel ipſos mortuos meliores iudicaui ꝙ̄ viuentes: qꝛ euaſerunt pericula huius miſerę vitę: et nulla alia manēt eos pericula: ⁊ hoc ſi bene mortui ſunt: viuentes ꝟo etiā bene adhuc in bello ſunt ⁊ in periculo ⁊ in miſerijs multis. Si ꝟo de male mortuis intelligat̄: exponit̄ ſic. m ❡Et laudaui magis mortuos/cum peccato: ꝙ̄ viuētes/ in peccato: quia mortui miſerias pręſētis vitę reliquerūt/⁊ peccare deſierūt: viuētes ꝟo ⁊ in miſerijs ſunt: ⁊ peccata peccatis accumulāt: vnde grauius punient̄. Uł de bonis mortuis: ⁊ de bonis viuentibus accipiat̄ ſic: m ❡Et laudaui magis mortuos ꝙ̄ viuentes/ quo ad miſerias corporis/ ⁊ pericula animę: quę terminata ſunt in his: ⁊ adhuc durant in iſtis. Propter quod dicit apoſtolus/ Roma.vij.d. Infęlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huiꝰ: Itē meliores ſūt mortui ꝙ̄ viuentes/ quo ad ſtatus ſecuritatem et fęlicitatem quā habent illi /⁊ iſti nondum. Propter quod dicit dominꝰ Matth.xj.b. Minimus in regno cęlorum maior ē iohanne baptiſta: vt tangit Glo. Sed cōtra hoc dicit̄.ī.ix.b. Melior eſt canis viuus leone mortuo. Ibi Glo. id eſt peccator qui conuerti ⁊ proficere poteſt/ melior eſt iuſto mortuo: qui nihil poteſt meritis ſuis addere. Solutio. Cōcedo ꝙ peccator viuens adhuc melior eſt iuſto mortuo/ quo ad hoc ꝙ tempus proficiendi ſibi et alijs et acquirendi maiorem gloriam ꝙ̄ iuſtus mortuꝰ habeat: qui proficere nō poteſt in merito: nec aliquid qd̄ fiat in p̄ſenti vita poteſt aliquid addere ad gloriā ſuā vt maior fiat. Simplicit̄ autē iuſtꝰ mortuus melior eſt: tū ꝓpter ſtatꝰ fęlicitatē ⁊ ſecuritatē: tū ꝓpter p̄ſentem bonitatem. Habet enim charitatem/⁊ ille non: et ideo melior.

A

a Et feliciorē vtroqꝫ.i.malo mortuo/ et malo viuente:
b Iudicaui/ eum/qui necdum natus eſt/ ex vtero:
c Nec vidit mala que ſub ſole fiunt:mortuus i vte/
ro matris ſuę. Tales enim etſi deū non videant: pęna tamē
materiali carent/⁊ eſſe ꝑticipant:qḋ bonū ē. Propter quod

litas ⁊ ſecuritas vſuſqꝫ ſuauis acq̄ri/augetꝰ ei inde ꝑiculū ⁊ in/
ſidię ⁊ odiū ꝓximoꝝ. l Et cura ſupfluа eſt.i.ſollicitu/
do coꝛ vrens de bonis acq̄ſitis cuſtodiendis ⁊ tuendis ꝯtra
inuidiā ꝓximoꝝ. Videntes autē ſtulti bonoꝝ laboꝛes ⁊ indu/
ſtrias ita calūniari/nō attēdētes fructū bonoꝝ aug:ri ex pa/

a b c d e f g h i k l
Et feliciorē vtroqꝫ iudicaui q̄
necdū natꝰ eſt/nec vidit mā/
la q̄ ſub ſole fiūt. Rurſus cō/
tēplatꝰ ſū oēs laboꝛes hoim:
et induſtrias aiaduerti pate/
re inuidię ꝓximi. Et i hoc q̄
vanitas ⁊ cura ſuperflua eſt.

m n o p q r s t v x y z
Stultus cōplicat manus
ſuas ⁊ cōmedit carnes ſuas
dicēns:† Melius ē pugillꝰ
cūm requie:q̄ plēna vtraqꝫ
manꝰ cū†dolore ⁊ afflictione
animi. Cōnſideras rēpperi
et aliam vanitatem ſūb ſole:

dic Auguſtinꝰ:ꝙ me/
lius eſt illis.ſ.paruuliſ
non baptiſatis ſic eſſe
q̄ nō eſſe. Et dominꝰ
Al.ꝉ. Rurſum Matth.xxvj.c. Me/
lius erat ei ſi non fuiſ/
ſet natus homo ille:
ſupple ex vtero. Sed
B ꝯtrariū dic auctoritaſ
quędam: Nulla pęna
maioꝛ q̄ carere viſio/
ne dei. Vel/ a Feli
ciorē vtroqꝫ.i.bono mortuo/⁊ bono viuente: b Iudi/
caui/eum/qui necdū natus eſt/ſiue in vtero ſiue ex vte/
ro. c Nec vidit mala quę ſub ſole fiūt.i. in hoc mū/
do:vbi mali florent ⁊ boni lugent:boni oppꝛimuntꝰ ⁊ mali ex/
tolluntꝰ. Et loquitꝰ ſalomon cōcionatoꝛie in perſona philoſo/
phoꝛū:q̄ dicūt aīas ſimul creatas i regiōe beatoꝝ ſpirituū:⁊
inde deſcēdere ad coꝛpoꝛa viuificāda. Scḋm hos cōſtat feli/
ciorē eſſe animā necdū nati q̄ mortui vel viuētis. Et hęreti/
ci qui hāc philoſophiā ſectantꝰ cōfirmant erroꝛem ſuum per
hanc auctoꝛitatē ſalomonis. Et ꝑ illā Matth.xxvj.c. Me/
lius erat ei ſi natus nō fuiſſet homo ille. Sed aperte cōtrariū
vult littera hic/vbi dicitꝰ: Nec vidit mala quę fiūt ſub
ſole. Sed forte ipſi exponūt/non vidit.i. expientiā non ſen/
ſit. Qꝛ autē nōdū natus in vtero vel ex vtero felicioꝛ ſit moꝛ/
tuo cū peccato moꝛtali:h̄ manifeſte verū ē: Quia dicit Hie/
ronymꝰ: ꝙ melius eſt oīno non eſſe q̄ pęnam ęternā ſuſtine/
re. Qꝛ ſꝰo nōdum natus in vtero vel ex vtero melioꝛ ſit pec/
catoꝛe viuente:verū eſt inquātū peccatoꝛ:non inquātum vi/
uens homo: licet videatꝰ dicere ſalomon ⁊ Interliñ. Glo.ꝙ
ſimpliciter melioꝛ eſt nondū natus q̄ viuens in hoc mūdo/
ſiue bonus ſiue malus: qꝛ ille nec mala vidit nec bona exper/
tus eſt. Sed loquitꝰ ſalomon concionatoꝛie: vt ꝑdiximus:in
ꝑſona philoſophoꝛū errantiū: vel in ꝑſona infirmoꝛū:qui ti/
ment miſerias ⁊ laboꝛes ꝑſentiſ vitę. Qḋ patet: Certū ē eñi
ꝙ malū eſt priuatio boni: ergo maius malum eſt qḋ magis
priuat bonū:⁊ maximū malū ē qḋ maxīe ꝑuat bonū:ſ oīno
nō eſſe/ funditꝰ ⁊ penitꝰ tollit oīe bonū:⁊ ideo nihil peiꝰ eſt
q̄ oīno nō eſſe. Pręterea eē i laboꝛe ⁊ i miſeria aliqḋ habet
boni:imo totū bonū habet: Ipſū eñi eſſe bonū eſt:⁊ laboꝛ ⁊
miſeria bonū ē/licꝫ moleſtū/ſic potio amara:alioquin nō eēt
a deo laboꝛ ⁊ miſeria: Sed cōſtat ꝙ a deo ē. Vñ Eccl.xj.b.
Bona ⁊ mala:moꝛs ⁊ vita:pauꝑtas ⁊ honeſtas a deo ſunt.
Eſa.xlv.a. Abſqꝫ me nō ē deꝰ:foꝛmās lucē ⁊ creās tenebraſ:
faciēs pacē ⁊ creās malū:ego dñs faciens hęc. Manifeſtum
igitꝰ ē ꝙ nō aſſertiue dicit h̄ ſalomon:ſed cōcionatoꝛie. Vel ꝑ
abnegationē ſic: a Feliciorē vtroqꝫ/vel/ vtroꝛūqꝫ.ſ.
moꝛtuo ⁊ viuēte.i.minꝰ malū:id eſt nō tā miſerū: b Iudi/
caui/eū/q̄ nondū natꝰ ē/aliquo modo: c Nec vidit
aliq̄ viſu interioꝛi vel exterioꝛi noticię vꝉ expientię: d Ma/
la/culpę ⁊ pęnę: e Quę ſub ſole fiunt.i.in mūdo: vel
ꝓ terrenis quę ſunt ſub ſole. f Rurſus cōtemplatus
ſum ⁊c̄. Hic agit ſalomon de calumnia detractiōis/ quę ex
inuidia oꝛitur: quę ſubiectū ſuum toꝛquet ⁊ affligit de bonis
alienis. Unde Gregꝰ. Inuidꝰ dū bonis alieniſ affligitꝰ/de ra/
dijs ſolis excęcatꝰ. Dicit ḡ: f Rurſus/cōuertenſ me ad alia
cōtemplāda: g Cōtemplatꝰ ſū omnes laboꝛes ho/
minū/⁊ bonos ⁊ malos. h Et induſtrias/quibꝰ ſtudioſe
Ouidiꝰ.li.i. de arte bona agūt. i Aiaduerti patere iuidię ꝓximi: qꝛ Fer/
tilioꝛ ſeges ē alienis ſꝑ i agriſ: Vicinūqꝫ pecꝰ grādiꝰ vber hꝫ.
k Et i hoc ḡ vanitas ē.i.ex h̄ ē vanitaſ a fructu i laboꝛibꝰ
⁊ iduſtrijs hoim:qꝛ cū alioꝝ laboꝛes ⁊ iduſtrię alijs ꝓdeſſe
deberent:potiꝰ obſūt eis occaſionalitꝰ:qꝛ vrunt eos doloꝛe et
inuidia. Itē cū ex laboꝛe ⁊ induſtria deberet homini trāquil/

tientia calumniaꝝ/no
lunt laboꝛare:ſed va/
cāt ocio. Unde ſequi/
tur: m Stultus
Al.ꝉ. Melius cōplicat manꝰ ſu/
as/quas debuit extē/
dere ad bona opera.
Unde Prouer.xx.a. Al.ꝉ.laboꝛe
Propter frigus piger
arare noluit: mendica
bit ḡ eſtate ⁊ nō dabitꝰ
illi. Unde hic ſequitꝰ:
o Et comedit carnes ſuas/fame vꝛgēte. Et ē hyꝑbole:
vt dic Glo. Vel ſic: m Stultus.i.auarus/qui tm̄ cogitat
de ꝑſenti: n Cōplicat manus ſuas.i.recuruat i ſe:nec
extendit ad pauperē elemoſynas largiendo. Cui dicitꝰ Eccl.
iiij.d. Nō ſit poꝛrecta manꝰ tua ad accipiendū:⁊ ad dandū
collecta. Matth.xij.b. dixit dominꝰ hoī habenti manū ari/
dam: Extēde manū tuā. Et extendit:⁊ reſtituta ē ſanitati ſi/
cut altera. o Et comedit carnes ſuas.i. comedi fame
ꝑmittit: quia nō audet comedere pꝛę nimia cupiditate. Vel
m Stultus.i.ſupbus/ſtans altus: ſm Iſidoꝝ. n Cōpli/
cat manꝰ ſuas.i.replicat ⁊ recuruat ad ſe/ quęrēs i opibus
ſuis ꝓpriā gloꝛiā/nō honoꝛē dei nec ꝓximi vtilitatē. o Et
comedit carnes ſuas.i. ꝓximos ſuos infirmioꝛes ſe de/
uoꝛat. Itē m Stultꝰ.i.iſipiēs doctoꝛ aut ꝑdicatoꝛ: n Cō
plicat manꝰ ſuas.i.nō vult eas extendere ad os ſuū vt fa/
ciat qḋ ꝑdicat. Unde Prouerb.xix.d. Abſcōdit piger manū
ſuā ſub aſcella:nec ad os ſuū applicat. o Et comedit car/
nes ſuas.i.carnalē voluptatē quā ſolā ſibi ſitit ⁊ eſurit/qua
ſola paſcitꝰ. Itē m Stultꝰ.i.inuidus qui tabeſcit aliena fę/
licitate: n Cōplicat manꝰ ſuas/ex nimia idignatiōe/vel
nimio doloꝛe alienę fęlicitatis: o Et comedit carnes
ſuas:id tabeſcere ⁊ cōſumi facit aſpiciēdo ſucceſſus alioꝝ:qꝛ
quāto fęlicius ſuccedit inuidioſo.i.illi cui inuidet: tanto inui/
dus tabeſcit ampliꝰ ⁊ diſtillat in liuoꝛē. Unde Seneca. Vel/
lem oculos inuidoꝝ eſſe vbiqꝫ: vt omniū fęlicitatibꝰ toꝛque/
rentꝰ. Vel ſic: m Stultus:id eſt piger quilibet:qui nō vult
cōgregare in ęſtate vnde viuat in hyeme: n Complicat
manus ſuas.i. vacat ocio. o Et comedit carnes
ſuas:id eſt carnalibus deſiderijs ęſtuat donec conſumatur:
p Dicens/ in coꝛde ſuo: vel increpantibus eum de pi/
gricia ſua: q Melius eſt pugillus/farris vel cuiuſli/
bet rei: r Cum requie:q̄ plena vtraqꝫ manus cū
doloꝛe et afflictione animi: Sicut vulgo dicitur: Me/
lius eſt vnum tene q̄ duo tu habebis. Et melioꝛ eſt alauda in
terra q̄ grus in cęlo. Gloſę intelligunt hoc diffinitiue dici ex
ꝑſona ſapientis. Et eſt ſenſus: q Melioꝛ eſt pugillus
cum requie:id eſt cū tranquillitate cōſcientię ⁊ lęticia men/
tis: s Et plena vtraqꝫ manus/diuitijs huius mūdi.
t Cum doloꝛe/ quo digna eſt iniquitas. v Et affli/
ctione animi:ſine q̄ nec acquiruntꝰ diuitię:nec cuſtodiuntꝰ:
nec expenduntꝰ: vt dicit Gregoꝛius. Unde Ps. Melius eſt Ps.36.
modicū iuſto ſuper diuitias peccatoꝛū multas. Prouer.xv.
b. Melius eſt parū cum timoꝛe domini q̄ theſauri magni ⁊
inſatiabiles. Itē Prouerb.xvj.b. Meliꝰ eſt parū cum iuſti/
cia q̄ multi fructus cū iniquitate. Glo. dicit ibi: Singularis
numerus accipitꝰ in bono: duplex in malo. Ideo vnus pugil/
lus habet requiem/ duę manus laboꝛem. Unde Prouerb.
xvj.b. ſm aliā tranſlationē. Melioꝛ eſt parua acceptio cum
iuſticia: q̄ multa gemma cū iniquitate. Vel/ q Melioꝛ
eſt pugillꝰ/hic/cū requie ęterna i futuro: s Et plena
vtraqꝫ manꝰ/hic/cū doloꝛe/coꝛpis: v Et afflictiōe
animi/in futuro. x Cōſiderans/per hęc alia. y Rep/
peri ⁊ aliā vanitatē/a ꝑdictis: z Sub ſole.i.in mūdo.

Unus eſt ⁊ ſecūdū

a Unus eſt ⁊ ſecūdū nō habet: b nōn filiū/nō frātrē: ⁊ tñ labō c rare nō ceſſat: d nēc ſatiāť ocu e li ei⁹ diūitijs: f nēc recogitat/ g dicēns: h Cui laboro: i ēt frau/ k do aīaʒ meā bonis? l In hōc m q̄ʒ ē vānitas n ⁊ afflictiō pēſſi o ma. Mēli⁹ ē ꝗ̄ duos eſſe ſil' p q̄ꝫ vnūm: q hābēt em̄ emolimē r tū ſocietatis ſuę. s Si vn⁹ cē/ t ciderit ab āltero fulcieť. v Vę x ſōli: y q꞉ cū cēciderit nō hābet z ſubleuātē. ʒ Et ſi dōrmierint a duo/ foūebūť mutuo. Vnūſ b quō calefiet? c Et ſi q̄ſpiā ꝑuā d luerit ꝯ vnū: e dūo rēſiſtūt ei.

a Unus eſt ⁊ ſecūdū non habet: id eſt heredē aliquē. c Non filiū/non fratrē ⁊ laborare non ceſſat/ cōgregando ſuꝑflua: de quibus neſcit cui cōgregabit ea. f Nec tñ/ſatiant oculi eius/ interiores: g Diuitijs/acquiſitis: ſed ſp inhiāt acq̄rendis. b Nec recogitat/in corde ſuo: i Dicēs: cui laboro et fraudo animā meā bonis/ eternis ꝑponēdo bona tēporalia? l In hoc quoq꞉.i. in labore ꝯgregādi diuitias tēporales/ m Eſt vanitas/cupiditatꝭ: et vanitas felicitatis. n Et afflictio peſſima. Mala q̄dē malicia penalitatis. Peior: q꞉ inutilis. Peſſima: quia ceca. Hoc em̄ habet peſſimū hmōi labor q̄ ad malitiā penalitatis: quia cecus ē hui⁹ laborator: nec videt q̄ꝫ inutiliter laborat: ſm qd dicit Ps. Theſaurizat ⁊ ignorat cui cōgregabit ea. Luc.xij.c. Stulte hac nocte repetent animā tuā a te: que autē cōgregaſti cui⁹ erūt? Hieronym⁹ dicit hic: Hec intelligere poſſumus de his qui libros faciūt: ⁊ ignaris lectoribuſ relinquūt: Sicut multi q̄ in morte ſua nepoti vel fratri q̄ oīno nihil ſcit: nec ſperať ꝙ ꝓficere debeat/ dimittit libros ſuos: in quibus ꝑ totā vitam ſuā laborauit. Myſtice/quidā exponūt hoc de chriſto: vt dicit Hieronym⁹: in his verbis notantes deſideriū noſtre ſalutis quā tota auiditate ſitiebat. Unde in cruce pendenſ dixit: Sitio. Ad qd nō neceſſitudo affinitatis aut cōſanguinitatis/aut merita noſtra eum adduxerunt: ſed ſola miſericordia eius eū induxit. Sed valde longe eſt hoc ab eo qd littera ſonare videtur: et poti⁹ impoſitio q̄ꝫ expoſitio eſt. Vñ melius exponiť moraliter de cōgregatione diuitiaꝝ ſpiritualium: ſicut dicetur.j.v. Et tamen hoc poſtea exponemus myſtice ſm Glo. o Melius eſt ergo duos eſſe ſimul q̄ꝫ vnū. Et hoc oſtendit: q Habent enim emolimentū ſocietatis ſuę. Iuxta ſeriē littere videť inferre ex eo qd dixerat: Un⁹ eſt ⁊ ſecūdū non habet/non filiū/nō fratrē: ⁊ tamē laborare nō ceſſat: Ibi em̄ ſuggillauit auariciā/qua auarus ſibi ſoli laborat. Unus em̄ ⁊ ſecūdū non habēs ꝓprie eſt auarus: qui nec filium nec fratrē habet/ nec amicū/ nec ꝓximū: quia nulli vnit⁹ eſt vinculo charitatis. Et eſt ſenſus: Ita ſibi ſoli laborare/ vanitas ē ⁊ afflictio peſſima: Meli⁹ eſt ꝗ̄ duos eſſe ſimul q̄ꝫ vnum.i. melior eſt cōmunionis fraterne ſocietas q̄ꝫ ſingularitas auare ſolitudinis. Habent em̄ emolimentū ſocietatis ſuę. Qd autē ſit illud emolimentū fraterne cōmuniōis/dicit domin⁹ Matth.xviij.c. Ubi ſunt duo vel tres cōgregati in nomine meo: ibi ego ſum in medio eorū. Et Act.ij.a. Dū complerenť dies pentecoſtes/erant omnes pariter in eodem loco: et factus eſt repente de celo ſonus tanq̄ꝫ aduenientis ſpirit⁹ vehemētis: ⁊ repleuit totā domū vbi erāt ſedentes. Ubi duo notanť.ſ. corporalis ſocietas/ꝑ hoc ꝙ diciť: In eodem loco. Et ſpiritualis/ꝑ hoc ꝙ dicitur: Pariter. Prior em̄ ſine ſecunda nihil valet. Item Ps. Ecce q̄ꝫ bonū ⁊ q̄ꝫ iocūdum habitare fratres in vnum. Sequiť ſecundū emolimentū: r Si vnus ceciderit: id eſt ad caſum temptatus titubauerit. s Ab altero fulcietur/conſilio ⁊ cōſolatione ⁊ oratione ne cadat. Prouerb.xviij.d. Frater qui iuuať a fratre/quaſi ciuitas firma. t Ve ſoli: id eſt ſingulari: v Quia cum ceciderit.i. cadere paratus fuerit: x Nō habet ſubleuantē/ſe/a caſu conſilio vel cōſolatione. Sequiť tertiū emolimentū. y Et ſi dormierint duo/ſimul: id requieuerint: ʒ Fouebunť mutuo/ſe cōſolando vel cōſulendo. a Unus.i. ſolitari⁹: b Quomō calefiet/ ꝑ ſe: cū frigidus ⁊ ſolus ſit? Sequiť quartū emolimentū: c Et ſi quiſpiā ꝑualuerit contra vnū/duo reſiſtunt/ ſimul orātes ⁊ inuicē cōſolantes. Myſtice/de chriſto ab illo loco. a Unus eſt.ſ. chriſt⁹. Eſa.iiij.a. Apprehendent ſeptem mulieres virū vnū. b Et

Ps.88. ſecundū non habet/ in creaturis: id eſt parem. Vñ Ps. Quis ſimilis domino in filijs dei.q.d. nullus. Vel/ſecundum non habet/ in redemptiōe mūdi: ad qd ſolus venit. c Non filiū/naturalem vl' adoptiuū ad h̄ idoneū. Q꞉uis em̄ multi ſint filij dei per adoptionē: nullus tamē ad hoc idoneus ⁊ ſufficiens erat. d Nō fratrē: id eſt ſociū in hoc opere faciendo. Vñ Eſa.lxiij.a. Torcular calcaui ſolus: ⁊ de gētibuſ nō ē vir mecū. Ps. Singulariter ſum ego donec tranſeā. e Et tñ laborare non ceſſat/ portando peccata noſtra. Eſa.liij.b. Vere languores noſtros ipſe tulit: ⁊ dolores noſtros ipſe portauit. Vel/ laborare non ceſſat: ſicut medicus ſatagens curare iniquitates noſtras. Eſa.xliij.d. Seruire me feciſti in peccatis tuis: prebuiſti mihi laborem i iniquitatib⁹ tuis. Item/laborare nō ceſſat: ſicut aduocatus poſtulādo ꝓ nobis apud patrē. Ro.viij.e. Ipſe ſpiritus poſtulat ꝓ nobis gemitibus inenarrabilib⁹. Et.j.Ioh.ij.a. Si q̄s peccauerit aduocatū habem⁹ apud patrē ieſū chriſtū iuſtum. f Nec/tamen/ſatiantur oculi ei⁹.i. pietas ⁊ miſericordia ei⁹: g Diuitijs/angelorū: niſi.ſ. habeat diuitias hominū: Semꝑ em̄ cupit ſalutem hominū. Vñ reliq̄t in deſerto nonagitanouē oues: vt ouem errabūdā reduceret ad ouile: reportās eam ꝓprijs humeris ſuꝑ crucē: ⁊ veniēs in die aſcēſionis/ cōuocat amicos ⁊ vicinos ſuos: id angelos/dicēs illis: Cōgratulamini mihi: q꞉ inueni ouē meā quā ꝑdiderā. Certe bone ieſu/nō tu ꝑdideras eā: ſ ipſa perdiderat ſe: Tu aūt iueniſti eā: ⁊ in ꝓprijs humeris reportaſti. Luc.15.a. h Nec recogitat/ dicens: Cui laboro. Scit enim chriſtus ꝙ non ſibi/ſed nobis laborauit: quia que non rapuit ipſe exoluit. Nos comedimus ⁊ bibimus in taberna: ⁊ ipſe ſolus ꝓ omnibus ſoluit. Egregie verberatus: quia nō habebat aliud quod ſolueret. Vñ Eſa.liij.b. Vulneratus eſt propter iniquitates noſtras: et attritus eſt propter ſcelera noſtra. k Et fraudo animā meā bonis/temporalibus: Pauper enim fuit propter nos. Unde Matth.viij.c. Vulpes foueas habent et volucres celi nidos: filius autē hominis nō habet vbi caput ſuum reclinet. Vel/ fraudo animā meā bonis/inutiliter laborando: et morti eam exponēdo: iuxta illud Ps. Que vtilitas in ſanguine meo dū deſcendo i corruptionē. Ps.29. l In hoc quoq꞉ eſt vanitas/ mortalitatis/q̄ ad chriſtū: ⁊ iniq̄tatis/ q̄ ad iudeos crucifigētes eū. n Et afflictio peſſima: paſſiue quo ad chriſtū: actiue q̄ ad iudeos. o Meli⁹ eſt ꝗ̄ ⁊c̄. Ex ꝑdictis infert Eccleſiaſtes.q.d. ex quo ita/chriſt⁹ eſurit ſalutē noſtrā: Ergo meli⁹ ē duos eſſe ſil'.i. chriſtū eē tecū ꝑ inhabitātē gratiā: p Q̄ꝫ vnū.i. q̄ꝫ ſine chriſto patere inſidijs īimici. q Habent em̄ emolimetū ſocietatis ſue: chriſt⁹ gloriā ⁊ honorē: tu fructū ⁊ vtilitatē. r Si vn⁹ ceciderit/ꝑ peccatū ſ.hō. s Ab altero fulcieť.ſ. a chriſto. Vñ Ps. Cū ipſo ſum i tribulatiōe: eripiā eū ⁊ glificabo eū. Et alibi. Impulſ⁹ euerſus ſum vt caderē: ⁊ dñs ſuſcepit me. Et Eſa.xliij.a. Cū trāſieris ꝑ aquas tecū ero: ⁊ flumia nō operient te. Ps.90. Ps.117. t Ve ſoli/ſine chriſto. Vl' ſoli: q̄ ſingularitate ducit: nec vult ſe ꝯformare alijs cū quib⁹ viuit. Itē/ ve ſoli: ſi nō homini cōfiteť peccata ſua: ſed ſoli deo. v Cū ceciderit nō habet ſubleuantē.ſ. chriſtū vel aliū. y Et ſi dormierit duo/ ſiľ ſ. chriſt⁹ cū homie: ⁊ hō cū chriſto i lecto pure ꝯſcie: de quo ſpōſa/ Cant.j.d. Lectul⁹ nr̄ florid⁹/ roſis charitatis: violis hūilitatis: lilijs caſtitatis. ʒ Fouebunť mutuo. Chriſt⁹ em̄ fouet hoiem calore charitatis quā infūdit: hō fouet chriſtū i corde ſuo calore ſācti deſiderij ⁊ bone opatiōiſ. c Et ſi q̄ſpiā ꝑualuerit ꝯ vnū.ſ. hoiēʒ: d Duo.i. chriſt⁹ ⁊ hō: vl' gra ⁊ liberū arbitriū: e Reſiſtūt. Iaco.iiij.b. Reſiſtite diabolo ⁊ fugiet a vob: appropinq̄te deo ⁊ appropiq̄bit vob.

Margin: c.factus; C; 21.c.ſoib⁹; Ps.38.; Myſtice; Iob.19.f.; Ps.132.; Myſtice; 7.q.1.c. illud De ſtatu m.o. c. monachi; Ps.140.

Funiculus triplex.

a Funiculus triplex difficilē
b rumpit̃. Melior ē puer pau
c per ⁊ ſapiēs: rege ſene ⁊ ſtul
d to: qui neſcit p̃uidere in po
h ſterum: Qꝛ ⁊ dē carcere cate
niſq̃ interdū quis egrediat̃
i ad regnum: et alius natus
k in regno inopia conſumat̃.

a ❡Funiculus triplex: id eſt fides trinitatis: quo homo chriſto alligat̃. Vel/ Funiculus triplex: id eſt fides/ ſpes/ charitas: b ❡Difficile rumpit̃. Nam fortis vt mors dilectio: Cantꝭ. vltꝭ. d. Vel/ Funiculus triplex. i. potentia patris/ ſapientia filij/ bonitas ſpiritusſancti. Difficile rumpit̃/ in ſe nunq̃: in nobis tamen aliquādo. Hoc funiculo ligat chriſtus diabolū: ita vt nocere non valeat quantū velit. Eſa. xxxvij. f. Ponā circulum in naribus tuis ⁊ frenū in naribus tuis: ⁊ reducam te per viam per quā veniſti. Tob. viij. a. Tunc raphael angelus apprehendit demonē et religauit eū in deſerto ſuperioris egypti. Hoc funiculo eiecit dominꝰ vendentes ⁊ ementes de templo. Joh. ij. c. Cū feciſſet ieſus q̃ſi flagellū de funiculis: omnes eiecit de templo. Vel/ Funiculus triplex/ eſt triplex modus diligendi deū. ſ. ex toto corde/ ex tota anima ⁊ ex tota fortitudine: Deut̃. vj. a. i. dulciter/ prudenter/ fortiter. Vel tota cogitatiōe/ tota affectiōe/ tota operatiōe: vt nihil cogites niſi ipſū aut propter ipſum: nihil diligas niſi ipſum aut ꝓpter ipſum: nihil facias vel patiaris niſi propter ipſum. Et funiculus talis reuera difficile rumpit̃. Itē/ Funiculus triplex/ quo ligamur chriſto: eſt contritio/ confeſſio/ ſatiſfactio: vel cogitatio/ locutio/ operatio: vel amor/ timor/ pudor. Amor dei benefici: timor dei iudicaturi: pudor peccati vel offenſe dei. Itē/ Funiculus triplex/ eſt rectitudo dilectionis: de qua Cantꝭ. j. b. Recti diligunt te. Amplitudo dilectionis: de q̃ Matth. v. g. Diligite ĩimicos vr̃os. Fortitudo dilectiōis: de q̃ Cantꝭ. vltꝭ. b. Fortis ē vt mors dilectio. Recte g̃ ſubiūxit ſalomon de hoc triplici funiculo poſt verbū de ſocietate: vt oſtenderet quale oporteat eſſe vinculū huius ſocietatis: quā ex quattuor cōmendauit. ſ. ex fulcimēto contra caſum: ex ſubleuatione a caſu: ex fomenti calefactione contra frigus: ex adiumento ꝯtra hoſtiū impugnationē. c ❡Melior ē puer ⁊c̃. Sicut ſupra diximꝰ: Vanitas iniquitatis triplex eſt. ſ. vanitas cupiditatis/ voluptatis/ curioſitatis: Prima ptinet ad cōcupiſcentiā oculorum: ſecūda ad cōcupiſcentiā carnis: tertia ad ſuperbiā vite: Huc uſq̃ dictū eſt de duplici vanitate. ſ. cupiditatis et voluptatis: hic adiungit Eccleſiaſtes de tertia vanitate/ que ptinet ad ſuperbiā vite: quā reprimit etiā in regibus/ p̃ferens puerum pauperē ſapientem/ regi ſeni ſtulto/ qui neſcit ppendere euentus rerum: id eſt qualiter aliquis vinculatus de carcere quādoq̃ ſublimat̃ in regem/ mortuo peſſimo qui regnabat: ſicut dicit̃ Eccl̃i. x. b. Sedes ducum ſuperborū ſubuertit deus: ⁊ ſedere fecit mites ꝓ eis. Et hoc eſt qđ dicit̃ hic: c ❡Melior eſt puer/ nō etate ſed puritate: non ſenſu ſed malitia. d ❡Pauper/ rebus mundi vel ſpiritu. e ❡Et ſapiens/ virtute ſaporandi res ſm ſaporem ſuū: et ſcientia eſtimandi res ſm valorem ſuū. f ❡Rege ſene ⁊ ſtulto qui neſcit p̃uidere/ vel/ ꝓuidere in poſterū: id neſcit ante videre quod futurū eſt: vel accidere poteſt ĩ poſterū: Hoc. ſ. h ❡Qꝛ ⁊ de carcere catenisq̃ interdum quis egrediat̃ ad regnū: Sicut ioſeph de carcere putipharis/ factus eſt ſecundus poſt pharaonem: et dominꝰ ⁊ rector totius egypti: Gen̄. xlj. c. Unde de ipſo dicit̃/ Sap. x. c. Sapientia venditū iuſtum non dereliquit: ſed a peccatoribus liberauit eum: deſcenditq̃ cum eo ĩ foueam: ⁊ in vinculis nō dereliquit eum/ donec afferret illi ſceptrū regni. i ❡Et alius natus in regno: id eſt filius regis ⁊ natus de rege: k ❡Inopia conſumat̃: vt ioachin iunior qui de regno iuda tranſlatus eſt in babylonem: vbi in carcere multas ſuſtinuit egeſtates. iiij. Regꝭ. xxiiij. d. Et nabuchodonoſor poſtq̃ dixit: None hec eſt babylon quam edificaui in robore meo: factꝰ beſtia fenum vt bos comedit: Daniel. iiij. f. Et hoc eſt qđ dicit̃ Eccl̃i. xj. a. Multi potentes oppreſſi ſunt valde: ⁊ glorioſi traditi ſunt in manus alterorum.

De trenga et pace. c. i.

Myſtice

Myſtice: d ❡Puer pauper ⁊ ſapiens/ eſt chriſtus. Puer enī fuit etate vite. Lucꝭ. ij. f. Puer autē creſcebat ⁊ cōfortabat̃. Itē puritate vite. Eſa. xlij. a. Ecce puer meꝰ vel ſeruus meꝰ ſuſcipiā eū. Eſa. ix. b. ſm Septuagita. Puer natꝰ ē nobis. Iſte puer fuit pauper ꝓ nobis: ſicut legit̃. ij. Corꝭ. viij. b. Scitis gratiam domini noſtri ieſu chriſti: quia cū diues eſſet egenus factꝰ eſt propter vos: vt vos inopia illius diuites eſſetis. Et adeo pauper fuit q̄ nec domum habuit vbi naſceret̃: ſed in diuerſorio etiam alieno natus eſt. Lucꝭ. ij. a. Nec etiam ĩ tota vita ſua domum habuit: ſicut ipſemet teſtat̃: in multorum confuſionē/ qui alta palatia ſibi vel parentibus ſuis conſtruunt de patrimonio crucifixi. Matth. viij. c. Vulpes foueas habent ⁊c̃. Idem Lucꝭ. ix. g. Thren̄. iij. c. Recordare ⁊c̃. Sapiens etiā fuit. Lucꝭ. ij. g. Jeſus autem ꝓficiebat ſapientia ⁊ etate et gratia apud deū et homines. Rex ſenex et ſtultus/ diabolus eſt. Rex quidem ſuperborū. Job. xlj. d. Ipſe eſt rex ſuper om̄es filios ſuperbie. Senex: id eſt antiquus. Ipſe enim eſt initiū viarum domini: Job. xl. c. Vel ſenex: id eſt morti vicinus. Apocꝭ. xij. c. Ve terre ⁊ mari: quia deſcendit diabolus ad vos/ habens irā magnā/ ſciens q̄ modicum tempus habet. Stultus fuit: quādo ſtans/ altus eſſe voluit. Eſa. xiiij. d. Aſcendā in celum ⁊ ero ſimilis altiſſimo. Dicit ergo: c ❡Melior eſt puer pauper ⁊ ſapiēs: id eſt chriſtus dominus: f ❡Rege ſene ⁊ ſtulto. i. diabolo. g ❡Qui neſcit: id eſt ſcire noluit: h ❡Preuidere in poſterum q̄ de carcere catenisq̃ quis egrediat̃ ad regnū. i. chriſtus: qui de carcere pilati vel ſepulchri: et vinculis quibus ligatus fuit ad columnam: egreſſus eſt ad regnū patris. Unde Lucꝭ. xix. b. Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquā accipere ſibi regnū: Et reuertēti in regionem longinquā: dicit: quia regnum ſuum nō eſt de hoc mūdo: ſicut ipſe dixit pilato: Joh. xviij. g. Regnū inquit meū nō eſt de hoc mūdo: Si ex h̃ mundo eſſet regnū meū/ miniſtri mei vtiq̃ decertarēt vt nō traderer iudeis. i ❡Et alius natus in regno: id eſt diabolus in celo creatus: k ❡Inopia conſumat̃/ omnis boni. Vel rex ſenex ⁊ ſtultus eſt antichriſtꝰ: qui natus eſt in regnū temporalis dominatiōis/ iuſto dei iudicio pmittente ꝓpter peccata eorum qui noluerunt recipere veritatē. Unde apoſtolus ij. Theſſaꝭ. ij. c. Eo q̄ charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent: ideo mittet illis deus operatorem erroris vt credant mendacio. Hic rex ſenex et ſtultus neſcit q̄ deijciendus ſit et inopia conſumendus: et puer pauper: id eſt ieſus de carcere ⁊ vinculis: vt diximus: in regnum in dexterā patris ſublimandus. Vel aliter/ Rex ſenex ⁊ ſtultus eſt populus iudaicus: qui ꝓpter legem ⁊ ꝓphetas quibus ſe regebat dicit̃ rex. Senex vo dicit̃: quia maior natu: et quia ꝓpinquus morti eterne. Qđ enī antiquat̃ ⁊ ſeneſcit ꝓpe interitum eſt: Heb. viij. d. Vel ſenex: quia vetera querens tm̄: id eſt terrena. Puer pauper ⁊ ſapiens/ eſt populus gentilis: qui de carcere et vinculis peccatorum egreſſus eſt in libertatem filiorum dei.

Al. ſimili

Moraliter

Moraliter: d ❡Puer pauper et ſapiens/ eſt vir iuſtus vel homo interior: id eſt anima qua eſt puer: id eſt purus ſm conditionē ſuam/ qua ad imaginem ⁊ ſimilitudinē dei creatus eſt. d Pauper: id eſt paupertatē ſuam agnoſcens. e ❡Et ſapiens: id ē vtilia et profutura ſibi querens. Rex ſenex ⁊ ſtultus ē iniuſtꝰ quilibet: vel homo exterior/ qui regere vult ⁊ imparare nō regi vel impari. Hic ſenex eſt: quia morti ꝓximus: et ſtultus inſtar equi vel muli: de quo apſus j. Corinth. ij. d. Animalis homo nō pcipit ea que ſpiritꝰ dei ſunt. Cōſtat ergo q̄ puer pauper ⁊ ſapiens melior eſt rege ſene ⁊ ſtulto/ qui neſcit ſibi preuidere in poſterū contra egeſtatem inferni: Et ideo inopia conſumet̃: ſicut diues epulo/ qui etiam guttam aque habere non potuit: licꝫ impudenter illam queſierit: Lucꝭ. xvj. f. Hic autem puer de carcere ⁊ vinculis: id eſt de corpe mortis huiꝰ egrediet̃ ad regnū glorie ĩ morte.

Vidi ꝓphetica

a Vidi cũctos viuentes qui
b c d ambulãt ſub ſole cũm ado-
e leſcente ſecũdo qui cõſur-
f get ꝓ eo. Infinitus ẽ nume-
rus populi omniũ q̃ fuerũt
g ante eum: ⁊ qui poſtea futu-
h ri ſunt nõn letabunt in eo.
i k Sed et hoc vanitas et affli-
l ctio ſpiritꝰ. Cuſtodi pedem
m tuũ ingrediens domũ dei:
n o et appropinqua vt audias.
p Multo eñ melior ẽ obedi-
q entia q̃ ſtultoꝝ victime: qui
r s neſciũt quid faciant mali.

a Vidi/ ꝓphetica viſione: b Cunctos viuentes/ vita nature. c Qui ambulant ſub ſole.i.in vanitate/ nõ in veritate: d Cum adoleſcẽte ſecũdo.i.cũ antichriſto: qui dicit ſecũdus adoleſcens/ reſpectu paupis pueri ⁊ ſapiẽtis: de quo p̃dictũ eſt.i.reſpectu chriſti: qui eſt primus adoleſcens. e Qui cõſurget pro eo: id eſt ſecũdus adoleſcẽs ꝓ p̃mo.i.antichriſtꝰ pro chriſto: ſicut oſtenſum eſt ex.ij. Theſſal.ij. Cum iſto adoleſcente ſecũdo vidit ſalomon cũctos viuẽtes q̃ ambulant ſub ſole: qui di- Pſ.4. ligunt vanitatẽ ⁊ querũt mẽdaciũ: q̃ſi cum capite ⁊ duce eoꝝ futuro: et cũ illo damnãdi ſunt: ſicut oẽs electi q̃ cũ chriſto ſupra ſolẽ ambulant/ cũ illo coronãdi ſunt. Deinde multitudinẽ adherẽtiũ antichriſto: qui ambulant cũ illo in via pditionis/ oſtendit ſalomon cũ ſubiũgit: f Infinitus eſt numerus populi omniũ qui fuerũt ante eũ: qui tñ ptinent ad ipſum: Nã in eis iam operat myſteriũ iniquitatis: vt dicit.ij. Theſſal.ij.b. g Et qui poſtea futuri ſunt/ in fine tempoꝝ ei adherẽtes. h Nõ letabũt in eo: imo damnabunt cũ eo: qñ dñs ieſus īterficiet eũ ſpũ oris ſui: ⁊ deſtruet illuſtratiõe aduẽtꝰ ſui.ij. Theſſal.ij.b. Vl' g Qui poſtea futuri ſũt/ ſocij ſecũdi adoleſcẽtis: h Nõ letabunt ī eo.i.ī priore adoleſcente. Hãc expoſitionẽ facit Barachias hebreꝰ. Hieronymꝰ. Sꝫ Origenes ⁊ Victorinꝰ in quadã magna Glo. que ſic incipit: Origines ⁊ victorinꝰ: ſic intelligũt: a Vidi/ ꝓphetico ſpũ/ b Cũctos viuẽtes/ vita gr̃e: c Qui ambulant ſub ſole/ iuſticie.i.ſub ducatu eius. Vel/ ſub ſole.i.ſub eſtu tribulatiõis. Omnes eñ qui pie volũt viuere in chriſto/ pſecutionẽ patiunt ꝓ chriſto.ij. Timoth.iij.c. d Cũ adoleſcẽte ſecũdo.i.cum chriſto: e Qui cõſurget ꝓ eo.i.ꝓ veteri rege ⁊ ſtulto.ſ. diabolo. Qđ autẽ ſequit: f Infinitꝰ eſt numerꝰ populi qui fuerũt ante eũ: ⁊ q̃ poſtea futuri ſũt/ nõ letabunt in eo.i.ī chriſto: exprimit multitudo gẽtiliũ qui fuerunt ante aduentũ chriſti: ⁊ iudeoꝝ qui in fine recepturi ſunt antichriſtũ: ⁊ ideo nõ letabũt ī chriſto. Qđ vero dicit Gregorius ponti epus ⁊c. iuxta litteram eſt: Nec eſt dignũ ſapientia ſalomonis: Parũ eñ ẽ dictu/ ꝙ illi q̃ ſũt ſub filio regis ſenis ⁊ ſtulti: nõ letabuntur in eo.i.in filio: pro eo ꝙ mala que rex ſenex ⁊ ſtultus irrogauerat/ neſcierunt: licet melius ſit eis ſub filio q̃ ſub patre. i Sed et hoc.ſ. regnũ temporale/ cui ſuccedit conſumptio copie: vel regnũ ſpũale/ cui ſuccedit inopia peccati: k Vanitas ⁊ afflictio ſpiritus. Vane eñ regnum ſpirituale obtentum eſt ſi deſeritur ⁊ auget afflictionem ſpiritus occaſionaliter. l Cuſtodi ⁊c. Poſtq̃ egit ſalomon de multiplici vanitate culpabili: hic intendit ponere remediũ contra illas. Et primo contra primã/ que ẽ vanitas curioſitatis. Hec enim eſt p̃ncipalis intentio ſalomonis in hoc libro: vt vanitatẽ culpe a nobis excludat: cuiꝰ prima ſpecies eſt curioſitas/ que cõſiſtit in nimio appetitu ſciendi que nõ oportet: vt ſupra oſtẽſũ eſt: Et ideo p̃mo cõtra illã ponit antidotum.ſ. doctrinam fidei que in eccleſia docet. Et ideo in primis hortat ire ad eccleſiã cum humilitate ⁊ manſuetudine ⁊ puritate/ dicens: l Cuſtodi pedẽ tuũ.i.affectum tuũ ne offendas peccãdo. m Ingrediens domũ dei/ vel templũ dei: id ẽ eccleſiã.q.d. ingredere domũ dei: ſed ſine offenſione peccati: Aliter melius eſt nõ ingredi. Vñ Matth.v.d. Si offers munꝰ tuũ ad altare et ibi recordatus fueris q: frat tuꝰ habet aliquid aduerſũ te: relinque ibi munꝰ tuũ añ altare: ⁊ vade p̃us recõciliari fratri tuo: ⁊ tunc veniẽs offeres munꝰ tuũ. n Et appropiqua: nõ corpore/ ſꝫ mẽte digna.i.ī hũilitate ⁊ mãſuetudine ⁊ cõſciẽtie puritate. Iaco.iiij.b. Appropiate deo ⁊ appropinq̃bit vobis: emundate manus v̄ras peccatores: et purgate corda v̄ra duplices animo. o Vt audias/ aure cordis p̃cepta dei: non vanas fabulas/ ⁊ obedias. Talis eñ fuit moyſes: Unde ſolus acceſſit in mõtem ad audiendũ dominũ: alij remanſerũt inferius: Exo.xix.a. p Multo enim melior eſt obedientia/ voluntaria: q Q̃ ſtultorũ victime/ inobedientiũ: qui donis et victimis volunt emere impunitatẽ peccatorũ: non ceſſantes a peccatiſ. Sed dominus ait: Miſericordiã volo et non ſacrificiũ: Oſee.vj.b. Itẽ Eccl.xxx.d. Miſerere anime tue placens deo. r Qui neſciũt ad faciant mali/ dum nõ obediunt et offerũt munus ſuum deo. 1.Reg.15.c 8.q.1.c.ſciẽdũ

Moraliter: l Cuſtodi pedem tuũ ingrediens domũ dei: id eſt vide vbi figias pedem affectiõis ⁊ intentiõis intrans ī religionẽ: de q̃ dicit dñs Matth.xxj.b. Domus mea domus orationis vocabit: vos autẽ feciſtis illam ſpeluncã latronũ. Et eſt ſumptũ de Eſa.lvj.c. vbi dicit: Adducam eos in montẽ ſanctum meũ: ⁊ letificabo eos in domo orationis mee. Quidã enim hanc domũ ingredientes/ pedem affectionis ⁊ intentiõis in ſola coquina vel refectorio ponũt. Unde patet ꝙ non domũ dei: ſed coquinã vel refectoriũ ingrediunt: Illuc enim intrat quis/ vbi pedem fixerit. Similiter qui intrat eccleſiã p̃bendalem/ ponens pedẽ intentionis ⁊ affectionis in ꝓuentibus temporalibꝰ: nõ in eccleſia/ ſed in ſtabulo vel ſterquilinio pedẽ ponit: ergo intrat in ſtabulum vel ſterquiliniũ non in eccleſiã. Debet ergo dici canonicꝰ ſtabuli vl' ſterquilinij/ nõ eccleſie dei. Ideo dicit p̃lato ingredienti domũ dei.i.ſuſcipienti p̃lationis officiũ: vt.ſ.cuſtodiat vbi pedem affectionis ⁊ intentionis ponat. Corrupto igit ingreſſu/ neceſſe ẽ ꝓgreſſũ eſſe inutilẽ ⁊ egreſſũ malũ: ſicut dicit beatꝰ Bern. Sibi igrediunt: ſibi ꝓgrediũt ⁊ ſibi egredient: dũ que ſua ſũt ibi tñmodo querũt: et q̃ infideliter intrat/ infideliter agit. l Cuſtodi/ ergo/ pedẽ tuũ ingrediens domum dei: vt.ſ.in ipſa domo non extra eum ponas. n Et appropinqua vt audias/ legem dei. Et reuera neceſſe eſt appropiquare volentẽ audire ſacrã ſcripturã vel doctrinã: q: rauce ⁊ nimis demiſſe ſũt fauces eiꝰ.i.doctores ⁊ p̃dicatores: Magis eñ de terra q̃ de celo loquũt: q: qui de terra eſt de terra loquit: qui autẽ de celo venit/ ſuper omnes eſt: Ioh.iij.d. Tamẽ dicit eis Eſa.xl.b. Super montẽ excelſum aſcende tu qui euangelizas ſion: exalta in fortitudine vocem tuam qui euãgelizas hieruſalem: Exalta: noli timere. Vel/ appropiqua vt audias/.i.exi de t̃ra ſi vis audire de celo loquẽtẽ. Qui enim tantũ chaos.i.totã terrã inter ſe ⁊ eloquia dei ponit/ audire ñ poteſt. Unde poteſt dici talibꝰ illud Luc.xvj.g. Magnũ chaos firmatũ eſt inter nos ⁊ vos: vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos non poſſunt: neq̃ inde huc tranſmeare. Ideo dicit dominꝰ Eſa.xlij.c. Quis cecus niſi ſeruus meus: ⁊ ſurdus niſi ad quẽ nuncios meos miſi? p Multo eñ melior eſt obedientia q̃ ſtultorum victime. Et aſſignat rationem beatus Gregoriꝰ ſup.j.Reg.xv. quia ꝑ obedientiã mactat ꝓpria voluntas: per victimã vero caro aliena. Et videt hoc eſſe contra multos etiã clauſtrales: qui inſtar fenератоrũ qui libenter dant elemoſynas: ſed reſtituere nolunt que tenentur: ſic iſti priuatas orationes/ ⁊ priuatas obſeruantias ad quas non tenent libent facũt: canonicas vero horas et alias ſue ꝓfeſſiõis obſeruãtias ad q̃s tenent/ valde male reddũt: Etiã folia vboꝝ nõ itegra reddũt. De hꝫ expſſũ legimꝰ exemplũ.j.Reg.xv.c. de ſaule: q̃ cũ iuſſus fuiſſet demoliri oĩa que erãt amalech: ⁊ holocauſta ⁊ ſacrificia ab eo nõ requirentur: holocauſta obtulit et amalech pepercit: Ideo ait ei ſamuel: Nunq̃d vult dominꝰ holocauſta aut victimas: ⁊ nõ potius vt obediat voci eius? r Qui neſciunt quid: id eſt quãtum. s Faciãt mali: qui.ſ.omiſſis neceſſarijs: id eſt obediẽtia/ que ſola virtus ẽ: vt dicit Ambroſius: ſuas offerũt victimas ſingulares.

Ne temere

a Ne temere q̄d Ca.V.
b loquarl: neq̄ coꝛ tuū
ſit velox ad ꝓferēdū
c ſermonē coꝛā deo. Deꝰ eñ
d in celo: et tū ſup terrā: idcir
e cō ſint pauci ſermones tui.

f Multas curas ſequūt ſom
g nia: ⁊ in multis ſermonibus
h inuenitur ſtulticia. Si quid
i vouiſti deo ne moꝛeris red
k dere: Diſplicet enim ei in
l m fidelis et ſtulta pmiſſio.

Ne temere quid loquaris. Expo. Ca.V.
⁊c. Dicto de curioſitate ſciēdi: ſubiūgit ſalomon de
temeritate loquendi. Hec eñ ſequit ad illam: ⁊ ideo
Temeritas in q̄ttuoꝛ reprobaꝰ illa reprobata/ reprobat iſtā. Sunt autē quattuoꝛ in quibus
maxime temeritas reprobat: In iudicijs faciēdis: i conſilijs
dandis: in teſtimonijs
A ferēdis: i votis ⁊ pro
miſſionibꝰ emittendiſ.
Debet eñ iudiciū eſſe
ſentētia diligenter ex
aminata/ ꝓcedens ex
ꝓbatiōibꝰ manifeſtis:
vel preſumptionibus
violentis/ ius ſuū vni
cuiq̄ aſſignās. Et de
c hoc dicit/ Matth. vij. a. et Luc. vj. f. Nolite iudicare ⁊ non
iudicabimini. Roma. xiiij. a. Tu quis es qui iudicas alienū
ſeruum: Domino ſuo ſtat aut cadit: Stabit autem. Et Job
xxix. c. Cauſā quā neſciebā diligētiſſime iueſtigabā. Similit
cōſiliū debet eē deliberata ſentētia ꝓpter latentia incōmoda
oia ꝓcōſiderans q̄ſi vadū ꝓtemptās: vt vulgo dicit: vt viam
vtilioꝛem ⁊ exitū faciliorē iueniat. De hoc Ecci. xxxij. d. Fili
ſine cōſilio nihil facias: ⁊ poſt factū nō penitebis. Prouerb.
xj. b. Ubi nō eſt gubernatoꝛ/ ꝑplus coꝛruet: ſalus aūt vbi mul
ta cōſilia. Similiter teſtimoniū debet eſſe ꝓcognita ſententia
tm̄ illud aſſerens qd̄ cognouit. De hoc dicit Prouerb. xix. b.
Falſus teſtis nō erit impunitꝰ: ⁊ qui loquit mēdacia peribit.
Similit votū debet eē ſentētia vndiq̄ ponderata. Debet eñ
vouens vires ſuas diligēter circūſpicere: ⁊ pondꝰ eius qd̄ vo
uit attendere: vtrū. ſ. poꝛtare ſufficiat. Unde diffinit ſic. Uo
tū eſt melioꝛis boni cōceptio/ animi deliberatiōe firmata. De
hoc dicit. j. eodem: Si quid vouiſti deo ne moꝛeris reddere:
Diſplicet eñ ei infidelis ⁊ ſtulta ꝓmiſſio. Et Ecci. viij. c. Ne
ſpondeas ſupra virtutē tuam: q̄ ſi ſpoponderis q̄ſi reſtituens
Temeritas multiplex in loquēdo cogita. Eſt autē multiplex temeritas in loquēdo. Prima eſt
incertitudo eius qd̄ q̄s loquit. De hoc Seneca. Uis inq̄t ſa
piēter loqui/ loquere qd̄ ſcieris. Secūda ē feſtinatio loquēdi.
Jaco. j. c. Sit omis homo velox ad audiendū: tardꝰ autē ad
loquēdū. Et Seneca. Tardiloquū te eſſe volo: ⁊ ꝓpe erit ti
bi deus. Tertia eſt conſideratio tempoꝛis quo debeat loqui.
Ecci. xx. c. Ex oꝛe fatui reprobabit parabola: non enim dicit
illā in tempoꝛe ſuo. Quarta eſt impoꝛtunitas loquēdi. Ecci.
xxij. a. Muſica in luctu impoꝛtuna narratio. Quinta eſt lo
quēdi vſurpatio: qd̄ fit cū aliquis impudēter ſe ingerit ad lo
quendū qd̄ ad aliū ꝑtinet. Ecci. xxxij. a. Loq̄re maioꝛ natu:
decet eñ te primū verbū diligētis ſcientiā. i. dei: dicit Glo.
Sexta eſt ꝓſūptio loquēdi: qd̄ fit q̄ñ iuuenis aliq̄s int ſapien
tioꝛes ⁊ ſenioꝛes loq̄ ꝓſumit. Ecci. xxxij. b. In medio magna
toꝝ loqui nō ꝓſumas: ⁊ vbi ſt ſenes nō multū loq̄ris. Septi
ma eſt inutilitas locutiōis ex defectu audientiū. Ecci. xxxij. a.
Ubi nō eſt auditus nō effundas ſermonē. i. vbi nō eſt auditoꝛ
qui ꝓficiat: dicit Glo. Octaua eſt audacia loquēdi vltra intel
lectū ꝓpriū vel audientiū. Ecci. iij. c. Altioꝛa te ne queſieris.
Pſ. 11. Et in Pſ. Diſꝑdat dn̄s vniuerſa labia doloſa: et linguā ma
gniloquā. Nona eſt loquētis inanitas: q̄ñ. ſ. ꝓ humano fauo
re quis loquit. Ecci. xxxij. a. Nō impedias muſicā. Glo. id ē
nō ꝓ inani fauoꝛe canoꝛā eloquentiā effundas. Decima ē vi
tuperādi intētio. Ecci. xj. a. Anteq̄ interroges ne vituperes
queq̄. Undecima eſt ꝓcipitata reſponſio. Ecci. xj. a. Anteq̄
audias ne reſpōdeas verbū. Duodecima eſt nimia laudatio.
Prouerb. xxvij. c. Quomodo probat i cōflatoꝛio argentū: ⁊
in foꝛnace aurum: ſic probat homo oꝛe laudantiū. Ecci. xj. d.
Ante moꝛtē ne laudes queq̄ hominē: q̄m in filijs ſuis agno
ſcit vir. Sunt ⁊ alie temeritates loquēdi ꝑiculoſe audiētibus:
et ex quibuſdam de illis/ alijs erroꝛ/ alijs ſcandalū/ alijs inui
dia/ alijs inaniſgloꝛia/ alijs mala audacia/ alijs mala ſuſpitio
generat: quas omnes cauſa breuitatis ꝓterimus. Predicte
autē temeritates ſūt periculoſe loquētibꝰ. Dicit ergo: a Ne
temere quid loq̄ris/ aliquo ꝓdictoꝝ modoꝝ. Glo. dicit:
Heb. 12. c. vouēdo deo: vel de diuinitate diſputando. Exod. xix. b. Be

ſtia que tetigerit montē lapidabit. Sed etiam ſimpliciter de
ꝓximo loquēdo. Unde Seneca. Loquens de ꝓximo: ſcito te
pro illo aūt contra illum teſtimoniū dicere. b Neq̄ coꝛ
tuū ſit velox ad proferendū ſermonē coꝛam deo:
qui omnia videt/ etiā occulta coꝛdiū. Et ob hoc addidit ſalo
mon/ coꝛam deo: vt
ſciat vnuſquiſq̄ ſe lo
qui in audiētia ſiue in
auribus dei: et facere
omnia in oculis eius. Deut. 23. d.
Uel vt leuitatem ⁊ au
daciam noſtrā repme
ret: qui faciles ſumus
ad vouendum: et au
daces ad diſputandū
de diuinitate. Unde dicit Glo. Non ſit coꝛ tuum velox
ad proferendū ſermonem/ voti: vel nimis inquiſite di
uinitatis. Unde ſequit: c Deus enim in celo ⁊ tu ſu
per terram. q. d. non ſis velox ad loquēdum de deo: quia
nimia eſt diſtantia dei ⁊ hominis. Sicut enim exaltant celi a
terra: ſic exaltate ſunt vie mee a vijs veſtris: ⁊ cogitationes
mee a cogitationibus veſtris: dicit dominus: Eſa. lv. c. Uel
nomine celi/ Eccleſiaſtes intelligit lucem inacceſſibilē/ quam
deus inhabitat: vt dicit. j. Timoh. vj. c. Nomine terre intel
ligit tenebras peccatoꝝ ⁊ ignoꝛātie: quibuſ obuolutū ē totū
genus humanū. Et eſt ſenſus: b Nō ſit coꝛ tuū velox
ad proferendū ſermonē coꝛā deo. i. de ſecretis diui
nitatis: c Deus eñ in celo: id eſt lucem inhabitat in
acceſſibilē/ tibi tali. d Et tu ſuper terram. i. in tenebris
peccatoꝝ ⁊ ignoꝛantie. e Jdcirco ſint pauci ſermo
nes tui/ de deo: de quo etiā vera dicere ꝑiculoſum eſt/ dicit
Glo. f Multas curas ſequunt ſomnia: ad litte
rā. Ex reliquijs eñ cogitationū quedam ſomnia oꝛiunt/ qui
bus coꝛ grauiter vritur. Unde cura dicit quaſi vrens coꝛ. Et
ita fit/ vt qui multas curas habent/ ſiue doꝛmiant ſiue vigilēt
ſemꝑ ſint in toꝛmento ⁊ in igne chaldeoꝝ. Inſinuat autē per
hoc ſalomon q̄ neceſſe eſt in multis curis multā eſſe vanita
tem ⁊ falſitatem cogitationū: Si eñ in paucis vane ſunt co
gitationes hominū ⁊ timide ⁊ incerte: ſicut dicit Sap. ix. c.
Cogitationes moꝛtalium timide ⁊ incerte ꝓuidentie noſtre:
Coꝛpus enim quod coꝛrumpit aggrauat animā: ⁊ terrena in
habitatio deprimit ſenſum multa cogitantē: Et ad hoc ſum
mopere laboꝛat diabolus: vt. ſ. coꝛ hominis ꝑ multa diſper
gat: Extrario dn̄s ſenſū ſuū colligere i vnū hoꝛtat. Ecci. xj.
b. Fili ne in multis ſint actus tui. g Et in multis ſer
monibus inuenit ſtulticia. q. d. ſicut qui multa cogitat
eadem frequēter ſomniat: ita in ſtulticiam incidit qui vltra ſe
de deo diſputat. De hoc Prouerb. x. c. In multiloquio non
deerit peccatū. h Si quid vouiſti deo ne moꝛeris
reddere/ vltra ꝓſcriptū terminū voti expectando: Ex tunc
eñ i moꝛa eſſe iudicat vouens/ ⁊ nō ante. Sed ſi aliquis ſine
termini appoſitione votū emiſerit: dicit lex: Qd̄ ſine die ꝓ
mittitur/ in cōtinenti debetur. Interliñ. cōtinuat valde bene.
Dixerat enim/ Non ſit coꝛ tuū velox ad proferendū
ſermonē coꝛam deo: id eſt ad vouendum deo. Autem:
id eſt ſed: Si quid vouiſti deo/ i baptiſmo: dicit alia In
terliñ. i Ne moꝛeris reddere. De hoc Deut. xxiij. d.
Cum votū voueris domino deo tuo/ non tardabis reddere:
quia requiret illud dominꝰ deus tuus: ⁊ ſi moꝛatus fueris re
putabitur tibi in peccatum: ſi nolueris polliceri/ abſq̄ peccato
eris. Hoc eſt qd̄ dicit in Glo. ſuper illud Pſ. Uouete ⁊ red Pſ. 75.
dite: id eſt ſi vouiſtis reddite. Uouere enim voluntariū: ſed
reddere neceſſariū eſt. Quid ergo dic Interliñ. in baptiſmo:
Nūquid infans volūtarie vouet in baptiſmo: Solutio. Lo
quit de baptiſmo adultoꝝ vl̄ de obligatiōe patrinoꝝ q̄ vo
uent ꝓ puero. Quare autē dixerit: Ne moꝛeris reddere/
adiungit: k Diſplicet enim ei infidelis: id eſt non
impleta: l Et ſtulta: id eſt indiſcreta/ m Promiſſio:
ſicut iudeoꝛum qui dixerunt: Quecūq̄ precepit dominꝰ faci
emꝰ. Exo. xix. b. Et poſtea adoꝛauerūt vitulū: Exo. xxxij. a.

Sed quodcūq̄

a Sed quodcūqꝫ voueris/cōpos mētiſ ⁊ ętate debita: ⁊ quę vouere potes: b Redde/cito: dicit Glo. Mora enim ad ſe trahit periculū: ⁊ neſcit tarda rerū molimina ſpūſſancti gratia: ſicut dicit Glo. ſup illud Act. ij. a. Factus eſt repente de cęlo ſonus ⁊c. c Multoqꝫ melius eſt nō vouere/ quę licet vouere et nō vouere: d Q̄ poſt votū ꝓmiſſa non reddere: ſicꝫ fecerunt iudęi. Et de hoc dicit Luc. ix. g. Nemo mittens manū ad aratrū et aſpiciēs retro: apt⁹ eſt regno dei. ij. Pet. ij. d. Meli⁹ eſt viā iuſticię non cognoſcere/ q̄ poſt agnitā retroſū cōuerti. e Ne dederis os tuum vt peccare faciaſ carnē tuā. i. ne dicas te

qcumqꝫ

B

ꝓuidētia

a b ſed † qōcumqꝫ voueris red/
c de: Multoqꝫ melius eſt nō
d vouere: q̄ poſt votū ꝓmiſſa
e nō reddere. Ne dederis os
f tuū vt peccare facias carnē
g tuā: neqꝫ dicas corā angelo:
h i nōn eſt † ꝓuidentia: ne forte
iratus domin⁹ ſuper ſermo/
k nes tuos diſſipet cūcta ope/
l ra manuū tuarū. Ubi mul/
m ta ſunt ſomnia: plurimę va/
nitates ⁊ ſermones innume/
n ri: Tu vero deum time. Si vi/
o deris calumnias egenorum
p q ⁊ violenta iudicia ⁊ ſubuer
r ti iuſticiā i ꝓuincia: nōn mi/
s reris ſup hoc negocio: quia
t excelſo excelſior alius eſt: et
v x ſup hos quoqꝫ eminētiores
y ſunt alij: et inſuper vniuerſę
z terrę rex impat ſeruiēti. Auarus non implebit pecunia:

ex infirmitate carnis tuę peccare/ tanq̄ reflectēs culpā in auctorē carniſ: qui tā fragilē eā fecit: Sicut fecit adā/ Geñ. iij. c. Mulier inquit quā dediſti mihi ſociā: dedit mihi et comedi.
Ps. 140. Ideo dicit Ps. Ne declines cor meū i verba malitię ad excuſandas excuſatiōes in peccatis. Uel ſic: e Ne dederis os tuum/ nimis indulgēdo gulę: f Ut peccare facias carnē tuā/ ꝑ luxuriā. Uēter em̄ ⁊ genitalia vicina ſunt: ⁊ ꝓ vicinitate mēbroꝝ ſequit cōfęderatio vitioꝝ: vt dicit Hiero. Uel ſic: e Ne dederis os tuū/ alicui ꝓmittēdo illicitū: vł iurādo illicite: f Ut peccare facias carnē tuā/ ꝓmiſſum vel iuramentū illicitū ꝑſoluēdo: ſicut ille qui iurat meretrici ꝙ iacebit cū ea. De h̄ dicit Iſidor⁹: In turpi voto muta decretū: i male ꝓmiſſis reſcinde fidē. g Neqꝫ dicaſ corā angelo/ qui aſtat vnicuiqꝫ: ⁊ oia nūciat deo: h Nō eſt ꝓuidentia. i. ne putes oia caſu vł fato agi: ⁊ nihil a deo ꝓuideri. i Ne forte irat⁹ dñs ſuper ſermones tuos: quib⁹ dixiſti nō eſſe ꝓuidentiā apud deū: k Diſſipet cūcta opa manuū tuarū/ etiā bona: dicit Glo. ⁊ tradat te in reprobū ſenſum: Ro. j. d. Magnā em̄ partē glorię ſuę aufert deo: qui hūanaꝝ rerū gubernationē: et maloꝝ ordinationē ei ſubtrahit: Maioris em̄ glorię eſt mala bñ ordinare ⁊ ex illis bona elicere: q̄ ſola bona diſpōere: De h̄ dicit/ Threñ. iij. d. Quis eſt iſte q̄ dixit vt fieret/ dño nō iubēte: Ex ore altiſſimi nō egredient/ neqꝫ bona neqꝫ mala. Itē talis aufert deo iuſticiam ſuā: q2 dicit eū nō curare merita bonoꝝ: ⁊ demerita impioꝝ.
Ps. 9. Et de h̄ dicit Ps. Propter quid irritauit impi⁹ deū: dixit em̄ in corde ſuo: nō reqret. l Ubi mlta ſūt ſomnia plurimę vanitates ⁊ ſermones innumeri/ vaticinantiū circa illa. q. d. non cures ſomnia neqꝫ timeas: q2 vana ſūt. n Tu vero deū time/ nō ſomnia. Deus em̄ pōt ꝑdere corpus ⁊ animā i gehēnā: Matth. x. c. Somnia vero nō obſeruata/ nec iuuare nec nocere poſſūt. De h̄ dr̄ Deut. xviij. b. Nō inueniat in te q̄ luſtret filiū ſuū ꝑ ignē: aut q̄ hariolos ſciſcitet aut obſeruet ſomnia. Itē Ecci. xxxiiij. a. Diuinatio erroris ⁊ auguria/ mēdacia ⁊ ſomnia male faciētiū/ vanitaſ ē: Ne dederis in illis cor tuū: multos em̄ errare fecerunt ſomnia: et
Moraliter exciderūt ſperantes in illis. Moraliter: l Ubi multa
plurimoꝝ ſūt ſomnia id ē ꝑhiloſophoꝝ vel philoſophantiū figmēta: m Plurimę vanitates/ ⁊ paucę veritates: et nullę vtilitates. o Si videris calūnias egenoꝝ. i. ſi videris egenos ab impijs depmi ⁊ affligi: p Et violēta iudicia/ potentiū fieri cōtra innocētes. q Et ſubuerti iuſticiā in ꝓuincia/ a iudicib⁹ iniquis. r Nō mireris ſup hoc negocio/ tanq̄ deus non iudicet vel iniuſte agat. s Quia excelſo. i. tyranno ſupbo/ vel iudice iniquo: t Excelſior alius eſt/ dñs. ſ. cui⁹ cęlū ſedes/ ⁊ terra ſcabellū pedū eius: Eſa. vlt. a. Uel/ excelſior ali⁹ eſt. ſ. ꝑnceps vel iudex. v Et ſup hos quoqꝫ. ſ. tyrannos: x Eminētiores ſunt alij. ſ. angeli: q̄ ꝓhiberēt eos/ niſi temp⁹ expectarent ordinatum a deo. y Et inſup vniuerſę terrę rex impat ſeruiēti/ tyranno: qui etiā in ꝑſecutiōe bonoꝝ ſeruit ei: q2 dū bonos ꝑſequit/ limat ⁊ purgat ⁊ ſolidat eos. Uñ dicit Aug⁹. Unde ſupbit iniuſtus ſi de illo facit flagellū pater me⁹ quo me corrigit: Filius flagellat⁹ corrigit: ⁊ flagellum igne comburit. Unde de ſennacherib dicit Eſa. x. d. Ue aſſur virga furoris mei. Ad h̄ q̄ breuit tēdit tota iſta ſeries v̄boꝝ: vt ordiata intelligat vniuerſitaſ q̄ſi quędā dei reſpublica: ⁊ nihil ibi fieri ſine cauſa: ſicut dicit Iob v. a. Nihil fit in terra ſine cauſa: ſed oēm qō fit ibi/ fit ab itelligibili aula ſūmi impatoris: vt dicit Aug⁹: iuſta ꝑmiſſione ⁊ ſalubri ordinatiōe aut efficaci volūtate. Ideo autē dicit/ ne mireris cū iſta mala videris: q̄ſi deus ea vel nō poſſit vel nolit vel neſciat auertere. Uñ ne male qs ſentiat de ei⁹ potētia/ dicit: Uniuerſę terrę impat. Itē ne de volūtate aut de ſapiētia ei⁹ male ſentias/ addit: Rex ⁊ ſeruiēti: Ad laudē em̄ diuinę volūtatis ⁊ ſapiētię ꝑtinet/ ꝙ etiā mala ei militant ⁊ ſeruiunt. Per hoc autē ꝙ dicit: medias poteſtates. i. angelos ꝑeeſſe terrenis et ꝑncipib⁹: plane oſtēdit nihil inordinatū eſſe a ſūmo vſqꝫ deorſum: ⁊ deū malis poteſtatib⁹ bñ vti/ etiā in ꝑſecutione bonorū: q2 diligētib⁹ deū oia coopant in bonū. Roma. viij. e. Magna ḡ ē cōſolatio bonis īter tot mala ꝑſētia firmā de diuina ꝓuidētia tenere ſententiā: Qui em̄ credit oia q̄ patit diuina vel paterna diſpoſitiōe ſe pati: et oia coopari ſibi in bonū/ magnā recipit conſolationē. Sequit: z Auarus non implebit pecunia. Pecunia ē q̄ſi ligna: quę quāto plura fuerint nō extinguūt ignem ſed augent. Uñ Prouerb. xxx. c. Ignis nūquid dicit ſufficit. Et Seneca. Si te vis diuitē facere/ nō diuitijs addendū ē: ſed cupiditati ſubtrahendū. Sunt autē octo cauſę ꝑcipue propter quas auarus nō pōt impleri pecunia. Prima cauſa eſt: q2 pecunia finita ē: vēter ſiue iacc⁹ cupiditatis infinit⁹. Uñ Seneca. Ex hoc dinoſcit deſideria hominū vtrū naturalia ſint an non: naturalia em̄ finita ſunt: inaturalia vero infinita. Et h̄ ē qō dicit Prouerb. xiij. d. Iuſt⁹ comedit ⁊ replet animā ſuā: venter autē impioꝝ inſatiabilis. Secūda cauſa eſt: q2 pecunia vanitas eſt q̄ nihil replet. Et h̄ patet ex ipſo affectu pecunię: q2 exhaurit ⁊ euacuat poſſidentes. Uñ beata virgo dixit: Eſuriētes impleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes: Luc. j. e. Et Tulli⁹ dicit: Si ęque fraudas/ rapis/ cupis vt heri: ęque vacu⁹ es vt heri: Eſuries em̄ ex ſola vacuitate eſt. Tertia cauſa eſt: q2 pars pecunię cedit i ventrē auari: Horrea em̄ ⁊ cellaria ⁊ ſtabula ⁊ grangię ⁊ arcę ⁊ ſcrinia ſunt ventres auaroꝝ: ⁊ tamē pars pecunię ipſorū: et creſcēte pecunia/ creſcit venter auari: q̄re impoſſibile eſt ventrē auari impleri pecunia. Quarta cauſa eſt: quia cupiditas ignis eſt: pecunia vero ſūt ligna: ⁊ ideo creſcēte pecunia creſcit cupiditas: vñ non pōt impleri pecunia: ſicut ignis nō poteſt lignis ſatiari. Et hoc ē qō dr̄: Creſcit amor nūmi quātū ipſa pecunia creſcit. Quita cauſa ē: q2 q̄libet ps diuitiaꝝ ſecū affert aliqd vacui. i. pauptatis ⁊ defect⁹. Uerbi grā: Cū auro ⁊ argēto venit defect⁹ cuſtodū/ arcaꝝ/ ſeraꝝ/ clauiū. i. tūc icumbit neceſſitas talia inqrendi: ⁊ poſtea venit neceſſitas implēdi ⁊ timor cuſtodiēdi: tandem dolor in amiſſiōe vel dimiſſione. Sexta cauſa eſt: q2 pecunia nō eſt impletiua hui⁹ loci. i. cordis hūani. Sicut em̄ ſapiētia vł gratia nō eſt repletiua burſę: ita pecunia nō eſt repletiua mētis hūanę. Septima cauſa eſt: q2 nullū corp⁹ ſimul ⁊ ſemel pōt replere duo loca diuerſa: diuerſa vero loca ſunt mens auari et burſa eius: et ideo cū pecunia burſam impleat/ mentē replere nō pōt: Et ideo auar⁹ non implet pecunia. Octaua cauſa eſt: q2 fames auaricię in corde eſt: cui⁹ cibus eſt

47. diſ. c. ſic hi

Auar⁹ non pōt impleri pecunia octo de cauſis

Iuuenalis 14. ſatyra

eſt: cuius cibus eſt pecunia/ q̄ nō in corde ſed in arca mittit. Et ideo fames auari nō extinguit: ſicut ſi q̄s cibū quē vēter eſu/ rit/ nō in ventrē ſed in cophinū mitteret/ nunq̄ famē ventris ſedaret. Et ideo oīs auarus ſtultiſſimus eſt: q̄ mittens pecuniam in burſā/ mentem putat replere: ſicut mittēs cibum in cophi/ num/ ventrem eſtimat ſatiare. Deniq̄ cor a/ uari q̄ſi ſaccus ꝑtuſus eſt: et quicq̄d i eo mit/ titur cadit i terram: et ideo nō implet. Unde Aggei. j. b. dr̄ de aua/ ro: Cōgregauit mer/ cedes et miſit eas i ſac culū ꝑtuſū. His igit causis dicit ſalomō: Auarus nō implebit pecunia: a Et q̄ amat diuitias: nō dicit/ q̄ hȝ: fructū nō capiet ex eis: nec hic nec in futuro: Licȝ multiplex ſit fructus pecunie. Pri/ mus quidē ē copia. i. plenitudo cordis ſiue ſatietas: ſic dicit Tullius. De h̄ certū ē q̄ amat diuitias/ nō hūc fructū capiet ex eis: q̄r amor iſte ignis eſt/ oīa vſq̄ ad cōſumptionē deuorās. Secūdus fructus eſt redēptio aīe ipſius poſſidentis: ſicut legit Prouerb. xiij. b. Redēptio aīe viri ꝓprie diuitie. Et Daniel. iiij. e. Peccata tua elemoſynis redime: et iniq̄tates tuas miſe/ ricordijs pauperū. Tertius fructus ē emptio regni celoꝝ: Nā ꝑ hoc pōt emi. Unde Luc. xvj. c. Facite vobis amicos de mā/ mona iniq̄tatis: vt cū defeceritis recipiāt vos i eterna taber/ nacula. Et Aug. Prebe tectū et accipe celū. Quartus fructus ē patrocinia ſiue ſuffragia pauperū/ que nobis ꝑ has diuitias poſſumus acq̄rere. De hoc dicit Greg. Paupes nō ſūt deſpi ciēdi vt egeni: ſed rogādi vt patroni. j. Cor. ix. b. Si nos vo bis ſpūalia ſemiauimus: magnū ē ſi nos carnalia vr̄a metamus: Quintus fructus/ vite p̄ſentis ac future ꝓmiſſio. j. Timoth. iiij. c. Exercitatio corꝑis ad modicū vtilis eſt: pietas vero ad oīa vtilis eſt/ ꝓmiſſionē habens vite q̄ nūc eſt et future. Oēs hi fructus nō poſſunt ex diuitijs capi: niſi aliquo dictoꝝ modo/ rū fuerit ſemiate: Sed qui amat/ nullo mō ſemiat. Unde patet qđ dicit hic: Qui amat diuitias: fructum non capi/ et ex eis. Sunt em̄ q̄ſi fimus: qui diſpſus vtilis eſt: cōgrega/ tus fetidus. Preterea q̄ amat diuitias ſiſtit in eis ꝑ amorē: et nihil vlterius q̄rit: Et ideo fructus aliquos nō capiet ex eis: niſi forte fructus dicat pena eterna/ q̄ eis ꝓmittit: Luc. vj. d. Ve vobis diuitibus. b Et hoc ergo. ſ. amare diuitias: c Va/ nitas/ eſt cupiditatis: q̄ facit hominē vanū et vacuū a pleni/ tudine virtutū. Unde Eccli. x. b. Nihil iniquius q̄ amare diuiti/ as: hic em̄ et animā ſuā venalem habet: qm̄ in vita ſua ꝓiecit intima ſua: Et ideo vacuus ē interius. Quare aūt amare diuiti/ as vanitas ſit/ oſtēdit: q̄r d Ubi multe ſūt opes: mul/ ti et q̄ comedūt eas. Primū aūt qđ comedit ſiue cōſumit eas/ ē ꝓpria corruptibilitas: Oēs em̄ diuitie tꝑales aut eru/ gini aut rubigini obnoxie ſūt/ ſicut auꝝ et argentū et alia metalla: aut tineis et putredini/ vt veſtes: aut vredini et aurugini alijſq̄ peſtilētijs/ vt arbores et ſata: aut ruine et cōbuſtioni/ vt do/ mus et cetera edificia: aut putrefactiōi/ vt victualia. Secūdū eſt nr̄a neceſſitas: hoc manifeſtū ē. Tertiū eſt aliena rapaci/ tas. Quartū eſt ſupbia quā pariunt diuitie. Unde j. Timoth. vlt. d. dicit: Diuitibus huius ſeculi p̄cipe nō alta ſape. Ubi dicit Aug. Nō expauit aplus diuitias: ſed morbū illaꝝ: vermis em̄ diuitum ſuperbia. Quintum eſt multitudo familie quam ipſe opes requirūt. Propter hoc dicit ſalomon: Ubi mul/ te ſunt opes: multi et q̄ comedūt eas: ſicut vbi multa ſunt cadauera: ibi multitudo vulturū et coruoꝝ et canū: et vbi multe ſegetes: ibi multitudo auiū. Generalit veꝝ ē: vbi ē mul titudo ſiue copia paſtus: ibi cōuenit multitudo ferarū et auiū. Propt h̄ dicit Seneca de familia diuitū: Predā ſequit tur/ ba iſta nō hoiem. e Et q̄d ꝓdeſt poſſeſſori niſi q̄ cer/ nit diuitias oculis ſuis: q. d. nihil plus q̄ alij/ niſi q̄ videt eas q̄n vult oculis ſuis: imo aſini ſui: vel ſuis. i. diuitiaꝝ. Ha/ bet em̄ auarus oculos a diuitijs: et luxurioſus a delitijs: et ſu/ perbus ab honoribus: et ideo nihil aliud videre p̄ualent niſi diuitias vel delitias vel honores. Unde Zach. v. c. Hic ē ocu/ lus eorum i vniuerſa terra. Omne em̄ qđ eſt in mūdo/ aut eſt cōcupiſcentia carnis/ aut cōcupiſcentia oculoꝝ/ aut ſuperbia vite. Habet autē auarus tria de diuitijs: ꝓpter q̄ ſe ſomniat eſſe diuitē cū nihil habeat. ſ. ſollicitudinē/ nomē et viſum. Sed reuera nec ſollicitudo nec nomen nec viſus diuitiarum diuitē fa/ ciunt: ſed dñatio. Dñs em̄ diuitiaꝝ diues eſt non viſor vel cuſtos. Propt qđ dicit Ps. Dormierūt ſomnum ſuū oēs viri diuitiaꝝ: et nihil iuenerūt i ma/ nibus ſuis. Mirabilis/ imo miſerabilis fatuitas eſt oculos figere i ſterq̄liniū/ q̄ſi i ſpeculo: et ideo putare ſe diuitē. Propt h̄ dr̄ Eccli. xlj. c. Sapiētia abſcōdita et theſaurus inuiſus: q̄ vtilitas i vtriſq̄: q. d. hoc ſolū vtilitatis habet theſaurus qđ videt.

a et qui amat diuitias fructū
b non capiet ex eis. Et hoc ergo
c d vanitas. Ubi multe ſūt opes
multi et q̄ comedūt eas. Et q̄d
e ꝓdeſt poſſeſſori niſi q̄ cernit
f diuitias oculis ſuis: Dul/
g h cis ē ſōmnus opanti ſiue parū
i k ſiue multū comedat: ſaturi/
l tas autē diuitis nōn ſinit eū
m dormire. Eſt et alia īfirmitas
n peſſima quā vidi ſb ſole: Di
o uitie ɔſeruate i malū dñi ſui:

f Dulcis eſt ſomnus opanti ſiue parū ſiue multū comedat: ſaturitas autē diuitis nō ſinit eum dor/ mire. Ad litterā verū eſt h̄ de corporali comeſtiōe et opati/ one: Nā moderata refectio et opatio ſomnū dulcificāt et quie/ tant: et etiā digeſtionē iuuant. Unde Eccli. xxxj. c. Somnus ſani/ tatis i homie parco: dormiet vſq̄ mane: et aīa illius cum ipſo delectabit. Ecōtrario/ ocium et ingurgitatio ſomnū amaricāt et turbant: et digeſtionē impediūt. Unde Eccli. xxxj. c. Vigi/ lia et cholera et tortura viro infrunito. Et Tullius dicit: Cum videris iſtos epulones velut opimos boues ſtertere et ſuda/ re: tūc intelliges eos qui maxime ſequuntur voluptatem mi/ nime aſſequi qđ ſequent. Moraliter: b Opanti/ bona/ f Dulcis eſt/ poſtea: g Somnus/ cōtemplatiōis: i Si/ ue parū ſiue multū comedat/ de pane ſacre ſcripture: k Saturitas aūt diuitis. i. plenitudo marſupioꝝ et hor/ reoꝝ: l Nō ſinit eum dormire: hoc ſomno/ de quo di/ cit Gen. xxviij. c. Cū euigilaſſet iacob de ſomno/ ait: Vere dominus eſt in loco iſto: et ego neſciebam. Et multi ſunt ad/ huc qui neſciūt: q̄r nōdum dormierūt hoc ſomno. m Eſt et alia infirmitas peſſima/ diuitis auari: n Quā vi/ di ſub ſole. i. in mūdo. i. in mūdanis que ſub ſole laborant. o Diuitie cōſeruate in malū. i. in peccatū vel in piculū dñi ſui: imo potius ſerui ſui vel mariti. Et ſuggillat hic ſalo/ mon ſtulticiā auaroꝝ: qui diuitias ſuas credūt firmitatē ſuā: ſm quod dicit Prouerb. x. b. Subſtātia diuitis vrbs forti/ tudinis eius. Ipſe vero vocat eas hic infirmitatē peſſimā. Ma/ lā: quia innitentē vel confidentē in eis corruere faciūt. Unde Prouerb. xj. c. Qui confidit i diuitijs ſuis corruet. Peiorē: q̄r ſecuritatē

Moraliter: m Eſt et alia infirmitas peſſima quā vidi ſub ſole: hec. ſ. o Diuitie cōſeruate in malum: imo in mala/ domini ſui. Multa enim ſunt mala. Primū eſt malū inquinationis: De hoc dicit Abacuk. ij. b. Ve ei q̄ multiplicat nō ſua: vſq̄quo aggrauat contra ſe denſum lutū: Hoc eſt lutū egyptiacū/ in cuius exportatione filij iſrael affli/ gebant: Exod. j. c. Et adhuc tot cophinos huius luti habet quiſq̄ i humeris: quot p̄bendas habet in loculis. Unde pa/ tet q̄ i multis cophinis ſeruiunt multi p̄ſbyteri ſpūalit. Se/ cundū eſt malū deplumatiōis ſiue depilatiōis mētis: Sicut enim virgule viſcate auiculas que ſe illis affricant/ a volatu ✱ p̄pediunt vel deplumāt: o Diuitie ɔſeruate i malū domini ſui: exponit et de diuitijs ſciētiaꝝ: q̄ i malū dñi cōſeruant: qn̄ q̄s nō opat ſm ſcientiā ſuā. Unde Luc. xij. f. Seruus ſciens voluntatē dñi ſui: et nō ſe p̄parauit: et nō fecit ſm volūtatē eius: vapulabit multis. Ideo dr̄ Jaco. iij. a. Nolite plures magiſtri fieri/ ſciē tes/ q̄r maius iudiciū ſumitis. Iſte ſunt littere mortis ſue: q̄s quilibet noſtrū cōtra ſe deferet ad iudiciū: ſicut vrias detulit litteras mortis ſue. ij. Reg. xj. c. Iſte eſt aduerſarius: cui cō ſentire iubemur in via/ ne tradat nos iudici: et iudex miniſtro: Matth. v. d. Aliter etiā diuitie bonorū operū et virtutū hic ✱ accipi poſſunt:

Margin notes: Al. fructus; Quinq̄ ſunt fructus diuitiaꝝ ſiue pecunie; Job. 31. b.; 1. Joh. 2. c.; Job. 20. c.; Al. vero; Ps. 75.; Ad litteram; Moraliter; De diuitijs ſcientiaꝝ; Aliter

ꝟ quia ſecuritatē et pacem omnē auferunt: et timiditatē omnē
inducunt: Faciūt enim timere eruginē ꝛ rubiginē/ furem ꝛ ti/
neam/nubes/grandines/ventos/pluuias/aues/feras/mortē:
ꝛ quid infirmius ꝙ̄ hec: Unde Job.xv.c. Sonitus terroris
ſemꝑ i aurib⁹ ei⁹: ꝛ cū pax ſit/ipſe ſemꝑ inſidias ſuſpicaꝛ. Et
Eccl.xlj.a. O mors ꝙ̄ amara eſt memoria tua homini intu/
ſto: ꝛ pacē habēti in ſubſtātijs ſuis. Peſſimā: qꝛ leticiā mētis
auferunt: et triſticiā ſeculi inducūt/que mortē operaꝛ eternā:
vt legiꝛ.ij. Corinth.vij.c. Et de hoc dicit Jaco.v.a. Agite
nūc diuites/ plorate vlulantes in miſerijs veſtris q̄ aduenient
vobis. Diuitie veſtre putrefacte ſūt: ꝛ veſtimēta vr̄a a tineis
comeſta ſūt. Aurū ꝛ argentū vr̄m eruginauit: ꝛ erugo eoꝝ in
teſtimoniū vobis erit: ꝛ mādućabit carnes vr̄as ſicut ignis.

a Pereūt em̄ in afflictiōe peſſima/ipſi⁹ poſſeſſoris: q̄
afflictus fuit afflictiōe
laboris in acq̄rēdo: et
hec afflictio mala eſt.
Afflict⁹ etiā fuit affli/
ctione timoris i cōſeruādo: ꝛ hec afflictio peior eſt. Afflictus
etiā fuit afflictiōe doloris in amittēdo: ꝛ hec afflictio peſſima
eſt: in q̄ pereūt diuitie/nō mūdo cui remanent/qꝛ ſue erāt: ſed
illi cui⁹ nō erāt niſi vt cuſtodis. Et ſignāter dicit: Pereūt.i.

a Pereūt em̄ i afflictiōe peſſi

ꝟ ꝑfecte abeūt
ꝑpediunt vl̄ deplumāt: ꝛ ſpineta auiculas q̄ ſe illis affricaue/
rint depilāt: Sic bona tp̄alia: q̄ Auguſtinus bona viſcata vo
cat: ꝛ dn̄s ſpinas: Matth.xiij.c. illos q̄ ſe affricāt eis ꝑ amo/
rē/ſpoliāt bonis cogitationib⁹ ꝛ ſanctis affectionib⁹: que ſūt
velut plume ꝛ lana aīe. Unde fit vt aīa ſic deplumata ꝛ depi
lata nequeat volare ad celū: ſed circa terrā vertiꝛ ꝛ muſcis di
uerſarū ſollicitudinū miſerabiliter ſtimulaꝛ. Tertiū eſt malū
deceptiōis: qꝛ copiā ꝛ ſatietatē/que eſt animi plenitudo pro/
mittūt: ꝛ nō ſolū nō ſoluūt: ſed etiā famē augent ꝛ exinaniūt
comedentē. Un̄ Joh.iiij.b. Qui biberit ex aqua hac ſitient
iterum. Propꝛ h̄ dn̄s vocat fallaces diuitias: Matth.xiij.c.
Ps.4. Et Ps. mendaciū ꝛ vanitatē. Et Aug⁹ dicit: Oia ſunt mē/
dacia preter chriſtū: qꝛ ſolus qḋ ꝓmittit exoluit. Quartū eſt
malū onerationis: Sua em̄ miſera miniſtratiōe onerant di/
uitie amatores ſuos/ vt nunq̄ ad ſublime cōtemplatiōis vel
oratiōis aſcēdere poſſint. Un̄ ſuꝑ illud Matth.xix.d. Ecce
nos reliquim⁹ oia et ſecuti ſum⁹ te: dicit beat⁹ Bern̄. Recte
petre: nō enim chriſtū ſequi poteras oneratus. Et Seneca
dicit: Nemo cū ſarcinis enatat. Et domin⁹ Lucl.xviij.e. Q̄
difficile qui pecuniā habent/in regnū dei introibūt. Quintū
eſt malū illaqueatiōis. Sicut em̄ laquei vl̄ muſcipule capiūt
mures ꝛ aues ꝛ feras: ſic diuitie ſtultiſſimos homiēs. Et de
hoc Sap.xiiij.b. Creature dei facte ſunt in odiū hominū: et
in muſcipulā pedib⁹ inſipientiū. Sicut mus vel auis i muſci/
pula eſcam credit capere/ſed capiꝛ: ſic aīa cupidi capere diui/
tias ꝑ acquiſitionē ſe credit: ſed ab eiſdē miſerabiliter capiꝛ.
Unde fit/vt dicit Aug⁹ /iuſto dei iudicio vt a diuitijs quas
iniuſte acquirere voluit/captiu⁹ iuſtiſſime teneaꝛ. De hoc di/
ciꝛ Eccl.xxiij.c. Aīa calida quaſi ignis ardens/ nō extingueꝛ
donec aliq̄d glutiat. Sextum eſt malū deluſionis. Sicut em̄
ſomniātes cōtractare manib⁹ poma aurea/aut lapides p̄cio/
ſos ſe putant ꝛ deludunꝛ: ita diuites hui⁹ mūdi adeo ſomnia
ꝓ veritate amplectunꝛ: vt neminē audire poſſint/qui ſuadere
valet eis phantaſmata ſomnioꝝ eē/q̄ ſe ꝯtractare credūt. Et
Ps.75. h̄ ē qḋ dicit Ps. Dormierūt ſomnū ſuū oēs viri diuitiaꝝ: et
nihil inuenerūt i manib⁹ ſuis. Job.xx.b. Quaſi ſomniū auo/
lans nō inueniet: trāſiet ſicut viſio nocturna. Septimū ē ma
lū depauꝑatiōis. Ad litterā em̄ in tanta paupertate et inedia
detinēt amatores ſuos diuitie: vt nec comedere nec bibere ad
ſatietatē/nec veſtiri ad ſufficientiā/ nec etiā dormire patianꝛ:
Gen.3.c. ſed nudos omi grādinatiōi ꝛ tēpeſtati exponūt: terrā rodere
cōpellunt/ inſtar ſerpentis/cui dictū eſt: Terrā comedes om
nib⁹ diebus vite tue. Job.xxx.a. Egeſtate ꝛ fame ſteriles qui
rodebant in ſolitudine ſqualētes calamitate et miſeria: ꝛ mā/
debāt herbas ꝛ arboꝝ cortices: ꝛ radix iuniperoꝝ cib⁹ eorū.
Octauū ē malū viliſicatiōis. Que em̄ maior vilitas ꝙ̄ aīaꝫ
ſuā venalē exponere ꝓ obolo vl̄ ꝓ ouo vl̄ ſi q̄d vili⁹ in p̄ciū
deduci poteſt: Eccl.x.b. Nihil iniqui⁹ ꝙ̄ pecuniā amare: hic
em̄ ꝛ aīaꝫ ſuā venalē habet. Adhuc ē maior vilitas. Omniū
em̄ creaturarū terra viliſſima eſt: cui cōportande ꝛ coaceruā/
de totū ſe dedit auarus: totū em̄ ſtudiū eius eſt ſtercora con/
gregare in aceruos. Et de hoc diciꝛ Abacuk.ij.b. Ue ei qui
multiplicat nō ſua: vſq̄quo aggrauat cōtra ſe denſum lutū:
Et vt vno verbo concludā viliſicationē auari: ipſe vas ſter/
corum eſt: ſicut legiꝛ Oſee.viij.c. Deuoratus eſt iſrael: nunc
factus eſt in nationibus quaſi vas immūdū: quia ipſi aſcen/
derūt ad aſſur. Nonū eſt malū inquietatiōis ſiue vexatiōis.
Uexationes em̄ et inquietatiōes litiū ꝛ bellorū ꝛ diſcurſus
mercatorū/ ſole diuitie adduxerūt in mūdū. Nam ſicut mor
ſus canū ꝛ latratus comitanꝛ cadauera: ſic lites et bella diui/
tias: Et h̄ iuſtiſſimo dei iudicio: q̄ iuriſ naturalis iīuria vindi/
caꝛ/ qḋ oīa inſtituit eſſe cōmunia. Et ſicut cadauer nō pōt
tutum eſſe in medio canū ꝛ auium: ſic nec diues in medio cu/
pidorū. Diuitie em̄ i medio cupidoꝝ/ſūt q̄ſi cib⁹ aut pot⁹ in
medio eſurientiū aut ſitientiū. Seneca. Uicin⁹ diues nutat
cupiditatē. Decimū ē malū imerſionis. Onus em̄ admini/
ſtratiōis tēporaliū mola aſinaria vocaꝛ: Matth.xviij.a. et
Marci.ix.f. Que alligata collis diuitū/ſubmergit eos in ꝓ/
fūdū cupiditatis. Et ve illis q̄ dānationē hmōi nō ſolū nō in
telligūt/ſ etiā gloriā reputāt: qb⁹ quāto maior mola alligata
eſt.i. quāto magis in ꝓfundum ſunt merſi: tanto glorioſiores
ſe reputant. Et hoc: quia quanto ſub maiore onere diuitia/
rū ſunt: tanto ſe eminētiores arbitranꝛ. Hec eſt mola in qua
ſanſon excecatus molebat: Judicl.xvj.e. Undecimū eſt ma
lum compeditiōis: Sunt em̄ diuitie velut compedes: in qui/
bus auarorū pedes.i. affectus cōſtricti miſerabiliter tenenꝛ.
Qḋ intellexiſſe videꝛ Ps. cum diceret: Infixus ſum in limo Ps.68.
ꝓfundi et nō eſt ſubſtantia. Duodecimū eſt malū incarcera/
tionis in carcere diaboli ad modū vrſi vel ſimie. Urſus em̄
ad palū fixum ligatur: quod trahere non poteſt/ ſed circūire.
Simia v̄o trūco mobili ligaꝛ: vt fuge ei⁹ velocitas retardeꝛ.
Similiꝛ diuitiaꝝ: quedā ſꝛ mobiles: quedā imobiles. Et ideo
cupidoꝝ quidam alligati ſunt imobilibus diuitijs velut vrſi:
vt non poſſint elongari vltra ꝙ̄ patiaꝛ catena qua ligati ſunt
illi. Unde pharao dixit filijs iſrael: Uerūtamē longi⁹ ne ab/
eatis: Exo.viij.g. Alij ſunt alligati mobilibus inſtar ſimie/q̄
nec ꝑus ambulare poteſt donec truncū ſuum in humeris po/
ſuerit: ita illi nō poſſunt aliquo ire niſi ꝑus ſarcinas ſuas col/
legerint in humeris ſuis. Tertiūdecimū eſt malū expugnati/
onis. Sicut cōportaꝛ agger ad implendū foſſatum caſtri qḋ
oppugnaꝛ: ſic aggerē diuitiarū comportat auarus ꝛ implet
vallū pauꝑtatis et hūilitatis vt planus ſit acceſſus diabolo
impugnāti. De hoc diciꝛ Abacuk.ij.c. Ue q̄ cōgregat aua/
riciā malam domui ſue/vt ſit in excelſo nidus eius: et liberari
ſe putat de manu mali.q.d. non poterit liberari. Unde ſupra
Abacuk.j.c. dixerat: Suꝑ omnē munitionē ridebit ꝛ cōpor/
tabit aggerem et capiet eam. Quartūdecimū eſt malū idola/
trie. Auaricia em̄ idolatria eſt: ſicut dicit apoſtol⁹ Eph.v.b.
Nam auarus terrā quā pedibus corporis calcat: inclinatiōe
capitis mētis adorat. Inclinatio em̄ cordis amor eſt: vt di/
cit beatus Dionyſi⁹. Auar⁹ ſingula ſterquilinia adorat. Sic
enim mos eſt deuotis fidelibus vt viſo altari inclinent capi/
ta: ſic auarus viſo aceruo ſtercorū.i. diuitiarū cor ſtatim ad/
eas adorandas inclinat ꝑ amorē. Plus facit: qꝛ ieiunat diui/
tijs ꝛ vigilat: et breuiter ſe totū imolat eis: et ſpem ꝛ amorē:
que in deū habere debuit/in eis ponit: Et ideo auaricia ido/ Eph.5.b.
lorum ſeruitus diciꝛ. Quintūdecimū eſt malū abſorbitionis
Adeo abſorpt⁹ eſt diues a diuitijs: vt ſe i illis nec videat nec
reputet. Nonne abſorpt⁹ eſt totus: qui membra ſua facit do/
mos ꝛ vineas: et ceteras poſſeſſiones ſuas: Unde ſi domus
comburiꝛ/dicit ſe combuſtū: ſi vinea grandinaꝛ/ dicit ſe grā/
dinatū. Propꝛ hec igiꝛ ꝛ alia mala dꝛ hic: Diuitie cōſer/
uate in malū domini ſui ꝛc̄.

Aliter accipi poſſunt: Que i malū domini ſui conſeruanꝛ: quā/
do inde ſuperbit et alios aſpernaꝛ: De quib⁹ diciꝛ Job.xx.
b. Diuitias quas deuorauit euomet: ꝛ de ventre illi⁹ extra/
het eas deus. Generaliter autē tria inſunt diuitibus ex parte

 diuitiarū. Primū

g ꝑfecte abeunt ab ipſo cōgregatore: In morte em̄ ipſum dere/linquūt/nullū ſui veſtigiū ꝑter ſpinas gehēnalis incendij nu/trimentū.i.ꝑter peccata ſola relinquētes. Vel ideo dicit affli/ctio peſſima: qꝛ de amiſſiōe compedū ⁊ vinculoꝝ ſolutus eſt quibus ligatꝰ fuerat. Itē talis eſt afflictio de amiſſione diui/tiarū/qualis eſſet do/lor regis de amiſſione modici fimi de ſtabu/lo ſuo. Magnꝰ em̄ rex eſt vnuſqſqꝫ electorū: q̄ baptiſmalis vncti/onis gratiā aſſecutus eſt: Fimꝰ ꝟo in ſtabu/lo ē pecunia in domo. Itē peſſima afflictio dicit: q̄ affligit ꝑ triſti/ciā: de q̄ Eccī.xxv.c. Omis plaga triſticia cordis ē. Itē ī hoc eſt afflictio ei: qꝛ cū ipſe ſit diues: heres eius erit in ſūma egeſtate. Et h̄ eſt quod ſequit: a Generauit filiū qui/ forte/ in ſūma egeſtate erit/ amiſ/ſis vel male ꝯſumptis diuitijs patris: ſicut filꝰ ꝓdigus: Luc.xv.c.

Iob.i.d. — B

a ma. Generauit filiū/ qui in
b ſumma egeſtate erit. Sicut
c egreſſus eſt nudus de vtero
d e matris ſuę: ſic reuertet/ et ni/
f hil auferet ſecum de labore
g ſuo. Miſerabilis ꝓrſus in/
h firmitas. Quōmō venit: ſic
i k reuertet. Quid ergo ꝓdeſt
l ei ꝙ laborauit in ventum?
m Cunctis diebus vitę ſuę co/
n o medit in tenebris et in curis
p q multis: ⁊ in erumna atqꝫ tri/
r ſticia. Hoc itaqꝫ viſū eſt mi/
s hi bonum: vt comedat quis
t v et bibat et fruat leticia ex la/
bore ſuo quo laborauit ipſe

b Sicut egreſſus eſt nudꝰ/ vteroqꝫ.ſ. c De vtero matris ſuę/naſcendo: d Sic reuertet/in terrā moriendo. e Et nihil auferet ſecū/ moriēs: f De labore ſuo/q̄ laborauit ſub ſole. De hoc dicit Iob.j.d. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meę: et nudus reuertar illuc.j.Timoth.vj.b. Nihil intulimꝰ in hūc mundū: haud dubiū qꝛ nec auferre q̄d poſſumꝰ. Pſ. Diues

Ps.48. cū interierit nō ſumet oīa: neqꝫ deſcēdet cum eo gloria eius. g Miſerabilis ꝓrſus infirmitas/ q̄ totiꝰ vitę comes eſt inſeꝑabilis: ⁊ tam miſerabili morte ⁊ caſu periculoſiſſimo terminat. h Quō venit/naſcēdo: i Sic reuertet/mo/riēdo. De putredine venit: ⁊ ī putredinē reuertet. Iob.xvij.d. Putredini dixi: pater meꝰ es: mat mea ⁊ ſoror mea vermi/bus. De terra venit ⁊ in terrā reuertet. Gen̄.iij.d. Puluis es ⁊ in puluerē reuerteris. Eccī.xvij.a. Deꝰ de terra creauit ho/minē: ⁊ ſm̄ imaginē ſuā fecit illū: ⁊ iterū cōuertet illū in ipſā. Pauperrimꝰ venit: ⁊ pauperrimꝰ reuertet. Iob.xxvij.d. Di/ues cū dormierit/nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos/ et nihil inueniet. k Quid ḡ ꝓdeſt ei ꝙ laborauit/cōgre/gando diuitias: l In ventū.i.in vacuū.

Aliter — diuitiarum. Primum eſt nomen dominationis: quia domini vocant/ cum tamē ſerui ſint et diſpenſatores familię. Secū/dum eſt onus/labor/ſollicitudo. Tertiū eſt peccatū. Primo/ ei illudit. Secūdo/ſeruus ſeruoꝝ ſuoꝝ efficit. Tertio/pęnę inferni obligat. Sequit: m Cunctis diebus vitę ſuę

Ad litteram — comedit in tenebris.i.de nocte: ad litterā: differēs prā/diū vſqꝫ ad noctē ꝓpter hoſpites ſuꝑuenientes: et ne bis co/medat ꝓpter ruborem: quia tam viliter comedit quod eru/beſcit ī die comedere. Vel/in tenebris/ſpiritualibus.ſ.pec/cati ⁊ ignorantię: quibus obcęcatus nō videt quid comedat: ſicut talpa. o Et in curis multis/ ꝓ acquirendis diui/tijs: p Et in erumna/ ꝓ cōſeruandis: q Atqꝫ triſti/cia/timore amittendi. In triſticia em̄ comedit auarus: quia videt cor ſuū ſinglis morſellis a familia ſua comedi. r Hoc itaqꝫ viſum eſt mihi bonū/reſpectu auari: s Vt co/medat quis ⁊ bibat ⁊ fruatur letitia ex labore ſuo quo laborauit ipſe ſub ſole numero dierū vitę ſuę quos dedit ei deus.q.d. melius eſt frui bonis p̄ſentibus in leticia ⁊ iocūditate: q̄ꝫ diuitias cōſeruare: Ibi em̄ miſeria ⁊ ſollicitudo: hic autē ad minus eſt parua voluptas. t Et hęc eſt pars illius.ſ.comedere ⁊ bibere in leticia. v Et

omni homini cui dedit deus diuitias atqꝫ ſubſtan/tiā: id eſt diuitias quibꝰ ſuſtentet. Et loquit ī ꝑſona īfirmo/rum. a Poteſtatēqꝫ ei tribuit/ deus/ vt comedat ex eis: q̄d nō dat omnibus: ſic̄ dicit.j.vj.a. b Et fruat parte ſua/in p̄ſenti: c Et letetur de labore ſuo/co/medendo ⁊ bibendo ⁊ quieſcēdo. e Hoc eſt donū dei/ dicūt infirmi. f Nō em̄ ſatis recordabit dieꝝ vitę ſuę.q.d. vere meliꝰ eſt frui ac/quiſitis q̄ꝫ egere inter diuitias: vt facit aua/rus. f Nō em̄ ſa/tis: id eſt ſufficiēter: g Recordabit/aua/rus: h Dierū vitę ſuę/ p̄teritę: qꝛ ſemꝑ ſe credit ampliꝰ victu/rum. Et vnde hoc? i Eo ꝙ deus oc/cupet.i. occupari ꝑ/mittat: k Deli/tijs cor eius: quibꝰ excęcatus ⁊ irretitus: nō ſatis recorda/bitur dierum vitę

ſub ſole numero dierum vitę
x ſuę/quos dedit ei deꝰ: et hęc
y eſt pars illius. Et omni ho/
mini cui dedit deus diuitias
z a atqꝫ ſubſtantiā/poteſtatēqꝫ
ei tribuit vt comedat ex eis:
b c ⁊ fruatur parte ſua: ⁊ letetur
d e de labore ſuo: hoc eſt donū
f g dei. Non enim ſatis recor/
h i dabit dierum vitę ſuę: eo ꝙ
k deus occupet delitijs cor
eius.

Capitulū. VI.

l Eſt et aliud malū q̄d vidi ſub ſole: ⁊ quidē frequēs apud hoīes. — A

ſuę/ p̄teritę: dolendo ꝙ male vixerit. Vel/ dierum vitę ſuę.i.internoꝝ gaudioꝝ quę amiſit. Qō ſi ſatis: id eſt ſuffi/ciēter recordaret iſtud gaudiū/preſens verteret ī merorem.

Myſtice — Myſtice: m Cunctis diebus vitę ſuę comedit hereticus panem erroneę doctrinę vel carnalis voluptatis: n In tenebris: id eſt in abſcōdito. Prouerb.ix.d. Aquę furtiuę dulciores ſunt: ⁊ panis abſconditus ſuauior. o Et in curis multis/ ꝑuertendo alios. Vnde Matth.xxiij.b. Vę vobis ſcribę et phariſei hypocritę: qui circūitis mare et aridam: vt faciatis vnum proſelytū. p Et in erumna atqꝫ triſticia/ꝓ timore reuelandi: et dolore nō ꝓficiendi in ꝑuerſione aliorum. r Hoc itaqꝫ/dicit ſalomon: mihi vi/ſum eſt bonū vt comedat quis ⁊ bibat/ſpirituale ci/bum ⁊ potum: id eſt corpus ⁊ ſanguinem chriſti. t Et fru/atur leticia/mentis: v Ex labore ſuo/non alieno/inde viuendo: ⁊ pauperibꝰ largiendo hilariter. Hilarem enim da/torem diligit deus.ij.Corinth.ix.b. x Et hęc eſt pars illius: quam.ſ.hilariter largit pauperibus: ſm̄ illud: Quas dederis ſolas ſemꝑ habebis opes. y Et omni homini cui dedit deus diuitias/ virtutū vel bonoꝝ operum. z Atqꝫ ſubſtantiā/ bonoꝝ naturaliū. a Poteſta/temqꝫ ei tribuit vt comedat ex eis: modo ſpe/tandem re. b Et fruat parte ſua/in futuro: c Et letetur/in futuro: d De labore ſuo: id eſt ꝓ labore ſuo/non alie/no: mō ſpe retributionis/⁊ poſtea ipſa re. e Hoc ē donū dei: qꝛ nō ſūt ꝯdignę paſſiones huiꝰ tēporis ad futurā glo/riam quę reuelabit in nobis: Roma.viij.d. f Non enim ſatis recordabitur/homo: h Dierum vitę ſuę: id eſt gaudiorum ęternę vitę ad quam creatus eſt: i Eo ꝙ deus occupet/inſpirando: k Delitijs/ſpiritualibus/ cor eius.q.d. non plene cogitabit homo dies vitę ęternę/ donec videat facie ad faciem: cuius viſio perfecta eſt beati/tudo: Tamen aliquo modo cogitabit: quia deus inſpirat ei delitias ſpirituales.

Expoſitio Capl. VI.

Eſt et aliud malum ⁊c̄. Adhuc agit Eccleſiaſtes de auro diuite: deſcribens eū aliter q̄ꝫ ſupra: qui cum omnia bona habeat/nihilominus nimia parcitate ſe cruciat/ neſciens cui cōgreget ea: quod malū et abominabile eſt. Et hoc eſt quod dicit: Eſt ⁊ aliud malum quod vi/di ſub ſole: ⁊ quidem frequens apud homines: et ideo peius: Hoc.ſ.